(*) *Le buste 40/976 e 41/977 contengono frammenti di pergamene, cui fa difetto la parte cronologica. I documenti non sono disposti in ordine, nè sono numerati, ad eccezione di 17 che stanno raccolti in una piccola collezione nella Busta 40/976 e portano questa indicazione*: Pergamene esaminate ritenute di data dopo il 1000 e alcuni frammenti forse di data anteriore. *Siccome quelli da me riportati sono posteriori al 1000 così li ho raccolti dopo i documenti datati, quantunque essi rimontino ai primi anni della seconda metà del secolo XI, come si può argomentare e dai caratteri e da altre indicazioni che accennerò in nota.*

(1) Il documento rimonta sicuramente al principio della seconda metà del sec. XI. In una carta dell'anno 1009 (vedi doc. VI) appare un « Petrus filio quondam Petri Rumpifuste », che dev'essere il padre del Gherardo ricordato nel presente documento; di più il « Petrus filius Iohannis iudicis » rogava atti nella seconda metà del sec. XI (vedi doc. XV (663) a. 1054 e doc. XVIII (666) a. 1075). La nona indizione nella seconda metà del sec. XI cade nel 1056 o al 1071, data estrema cui può rimontare il presente documento.

cosos sexxaginta, et post pena soluta hec instrumenta concessionis, sicut supra legitur, omni tenpore in sua maneat firmitate.

Hactum in civitate Bononia, indictione supradicta nona.

Signum manibus supradictis Nouolo et Maria iugales qui hec instrumenta concessionis, sicut supra legitur, fieri rogaverunt.

Signum manibus Iohannis filio Urso qui vocatur [M]aloabito, et Domini[ci fi]lio Uberto de Panigo, et Urso filius Petrus de Rodelando rogatis testibus.

† Ego Wido filio Alberti.

† Ego Wido filio Alberto me teste scripsi.

† [Eg]o Garardo filio Petrus Rumpifuste me teste scripsi.

Scripta hec instrumenta concessionis per manus mea Pe[trus filius Io]hannis iudicis rogatus a supradictis, sicut supra legitur, vidi complevi et dedi.

XXIX (677).

Busta n. 40/976. Pergamena di mm. 250 × 180. Originale mutilo nella parte superiore.

Concessione di Giovanni ad Andrea prete, a Berta e a Martino della metà di una pezza di terra.

Bologna, sec. XI. (1)

**** sucessoribus ad abendi, tenendi et possidendi et quitquit vobis placuerit a salva iusticia domnica persolvendi, et liceat vos exinde *** et vestris quacumque tenpore volueritis vel potueritis da dominacione nostra et cui iura est sine ullo ostaculo; ut neque a me qui supra Iohannes neque a meis heredibus aut per somissa persona mea, neque per nullumvis ingenium predicta medietate de supradicta pecia terra vineata, qualiter supra legitur, vobis prenominatis Andrea presbiter et Berta et Martino, neque vestris heredibus nulla abeatis molestacio aut causacio aut intencio, sed omni tenpore ab omni homine defensare et auctorizare promittimus; alioquin daturum me promitto ego supradicto Iohannes vel heredibus meis componere vel dare vobis supradictis Andrea presbiter et Berta et Martino vel at vestris heredibus, pene nomine, in argento denariorum veronense libras septe et media; et post pena soluta hec instrumenta concessionis, sicut supra legitur, omni tenpore in sua maneat firmitate.

(1) Vedi la nota (1) del precedente documento XXVIII (676). Per l'indizione qui riportata il documento può essere dell'anno 1061 o al più tardi dell'anno 1076.

Hactum in burgo sancti Stefani, indictione supradicta quartadecima.

Signum manus supradicto Iohannis qui hec instrumenta concessionis, sicut supra legitur, fieri rogavit.

Signum manibus Leo filio Franco de lo Mercato, et Petrus filio Martino Raviniano, et Dominico filio Iohannes de Casale, et Petrus filio Petrus Sarto rogatis testibus.

† Scripta hec instrumenta concessionis per manus mea Petrus notarius filio Iohannis iudicis rogatus a supradicto, sicut supra legitur, vidi, complevi et dedit.

XXX (678)

Busta n. 40/976. Pergamena di mm. 330 × 140. Originale mutilo e frammentario.

Investimento di Gotefredo duca a Winizo abate di S. Stefano di possessi nel Comitato ferrarese e modenese.

Sec. XI, (1) 29 dicembre.

In pr[esencia] ** nobiliorum hominum nomina hec sunt: dominus Gregorio episcopus de Vercelli, et Alfredus leis (2) dotor et Stefano leis perito [de civitate] Feraria, et Petrus de Salixano, et Iohannes germanus, et Urso de Aliria presbiter, et Petrus germanus, et Alberto filio Alberto de Caleria, et Umgaro de Nogarito, et Rusticellu filio Rodulfo, et Lot de Iohannes Zaga, et Forcolo Lialbo, et Amtolino filio Martino de Alino, et Petrus filio Lanfranco, et aliis plure ibique astantibus, in istorum predictorum presencia investivit dominus Gotefredus cloriosus dus donnus Winizo gratia Dei abbas de omnis rex et posexione illa que tunc predictus abbas abuit et [tenuit] infra comitatum Feraria aut comitatu moti[nense] aut per anterio (?) abuit et tenuit a [ten] pus domino Bonefacio qui **** stet sine lege si a **** a te predicto donno abbate auro libras due medieta ad quas dominus dus. Die vieximo nono mensis december, indictione prima.

(1) Il documento porta il nome di Stefano « legis doctor » che occorre in un documento dell'anno 1082 (vedi a pag. 36 doc. XXIX 672) e quello dell'abate Winizo che si trova in moltissime carte di S. Stefano dal 1059 al 1102. I caratteri del documento però sono di un sapore arcaico e quindi il documento deve rimontare molto probabilmente alle prime indizioni della seconda metà del sec. XI e cioè all'anno 1063.

(2) Il testo ha *leis* per *legis*.

XXXI (679).

Busta n. 34 970, n. 2. Pergamena di mm. 510 × 200. Originale orribilmente corroso, mutilo e frammentario.

Donazione di terreni in Viadagola da Tegrino, Rodolfo, Ugo, Alberico, Tedaldo e Ubaldo a Winizo abate di S. Stefano.

. . . . . 1102, 30 gennaio.

† In nonine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo secundo, tercio kalendas februarii, indictione decima. Constat nos quidem Tegrinus et Rodulfus et Ugo atque Albericus germani filii Idulfi, Tedaldus quoque et Ubaldus hoc instrumento, presenti die, dedisse tibi donno Winizo Dei gratia abbati sancti Stefani tuisque fratribus et successoribus in perpetuum, tres pecias terrae aratoriae in Vitaliacula cum ingressu et egressu suo usque in via publica, et cum omnibus super se et infra se habente in integrum; finis quarum pertica decipeda mensurata: prima pecia prope ecclesiam sancti Petri, iuxta viam, sunt pertice tredecim, iuxta heredes Bonbaronis sunt pertice decem septem, iuxta iura sancti Stefani sunt pertice decem et octo, iuxta predictam ecclesiam sancti Petri decem et octo. Secunda pecia iuxta heredes Gizi sunt pertice quindecim ** cum ingambaturia sua, iuxta predictos heredes sunt pertice quindecim, iuxta te emptorem sunt pertice tres, iuxta Andrea de Natale sunt pertice tres et pedes tres. Tercia pecia ** iuxta heredes Gizi sunt pertice quindecim, iuxta heredes Guidoni de Sigizo sunt pertice quattuor et media *** iuxta te ipsum sunt pertice quattuor et med *** et si quis aliis adfines sunt in presenti damus tibi prenominato donno abbati tuisque fratribus ac successoribus *** endum ac possidendum et quicquid tibi deinceps placuerit *** heredibus predictarum rerum nomine *** ab omni quoque homine predictas res *** [pro] mittimus. Et si nos vel nostri heredes predicta omnia **** dare tibi et tuis successoribus promittimus *** ere spondemus. Actum indictione predicta ****

Prenomiminati ***

Gizo **** filius Iohannis rogati sunt testes.

Petrus Tabellio hoc instrumentum, ut supra legitur, rogatus scripsi.

Angelus his metris causidicus ista peregi, notarii signo subscribens more benigno.

XXXII (680).

Busta n. 6,942, n. 15. Pergamena di mm. 280 × 110. Originale.

Donazione di terreni da Boracio figlio di Tetelino di Gavaseto a la chiesa di S. Leonardo sopra Roncaglia.

Canetolo, 1104, 15 febbraio.

In nomine Dei eterni. Anno Domini millesimo centesimo quarto, mense februari, die decima quinta. Quisquis in sanctis ac venerabilibus locis expresse aliquid contulerint rebus iuta Domini vocem in hoc seculo perficiet et in futuro centuplum accipiet; ideoque in Dei nomine ego Boracius filius Tetelini de loco Gavaseto, qui longobarda legem vivo, pro Deum et anime mee ac patris matrisque mee atque aliorum meorum parentum remedio, ecclesie sancti Leonardi que reiacet super Roncalie, prope strada que dicitur Claudia de subtus, oferro et trado peciam unam terre aratorie que reiacet in Canitulo desuper circa eiusdem Canituli; et sunt ei fines: a mane filii quondam Iohannis iudicis, a meridie et a sero Iohannes Rayba cum suis fratribus, a subtus sancti Silvestri et Widus de Ardizione. Et est ista pecia a pertica legitima de pedibus duodecim mensurata per longum perticas XII et pedes duo, per latum a mane perticas tres et pedes VIIII, que pergit per longum per perticas VI et una media, a sera pertica una et pedes VIIII et si plus inventum fuerit in supradicta pecia in hac ollacione (*sic*) permaneat sub tali tenore. Si Widus nepote meo litem facere voluerit in consimili loco cambium accipiat. Ita trado ut tu donnus Othericus monachus, qui hanc tradicionis cartam pro predicta ecclesie sancti Leonardi accipis, tuique socii et successores predictas res ad honorem et gubernacionem predicta ecclesie omni tempore habeatis et teneatis, et faciatis exinde vero vestrique successores quicquid volueriti sine omni mea heredumque meorum contradicione; et omni tempore me meosque heredes tibi tuisque successoribus suprascriptam ofersionem secundum legem defendere et auctorizare promito, et si hoc non fecerimus aut agere vel causare presumserimus seu agentibus consentientes fuerimus, tunc, pene nomine, duplam in consimili loco restituere promittimus.

Actum in ecclesia sancti Iohannis de Canitulo libenter.

Predictus Borazius, ceu prelegitur, scribere rogavit.

Huius oblacionis presbiter Martinus de Gotefredi, et presbiter Tepertus, et Angelinus fratre eius, et Ugolinus nepote Martini de [***]aclo, et Albertus de p. Iohanne, et Albertus de Dayberto, et Widus Rayba rogati sunt testes.

Abertus Dei nutu tabellio scripsi et subscribendo complevi.

XXXIII (681).

Busta 6/942, n. 18 Pergamena di mm. 340 × 180. Originale che si trova accanto all'imbreviatura di un documento dell'anno 1105, 13 gennaio.

Donazione di terreni da Pietro d' Ildebrando e Gardia coniugi al monastero di S. Maria in Strada.

. . . . . 1105, 26 febbraio.

Quarto kalendas marcii, indictione quarta decima. (1) Testis Petrus de Leo de Bonogna, Petrus de la Contissa, Enrichebaldo filius Rustici de Fusceradi de Raginfredo, Alesio filius Oddo sarto, Petrus Sacco investitore. Carta donacionis ad iura propria fecerunt Petrus filius Ildebrandi de Petri iudicis et Gadia iugalis filia Henrico de Casaliclo pro remedio anime illorum de pecia una terra vineata et aratoria in vico Policeno, prope ecclesia sancti Marcii in nomine donni Gandulfus abbatis monasterii sancte Marie in Strata. Pena in duplo. (2)

XXXIV (682).

Busta n. 34/970 n. 42. Pergamena di mm. 300 × 220. Originale gravemente deteriorato, mutilo, offeso dall'umidità che ha tolto i caratteri.

Donazione di terreni da Algarda, vedova di Gerardo causidico, all'abate Andrea di S. Maria in Strada.

Bologna, 1105, 3 aprile.

[In nomine] sancte et individue Trinitatis. Anno dominice Incarnacionis millesimo centesimo [quinto], [impe]rante domino Enrico quarto anno decimo, die tercio mensis aprelis, indictione tercia decima. Ego quidem in Dei nomine Algarda filia Verardi de Petrus de Verardo

(1) L'indizione è sicuramente errata, si deve leggere *tertia decima*.

(2) Il notaio che ha rogato l'atto è Giovanni il quale nel documento scritto nel *recto* della pergamena si sottoscrive: « Ego Iohannes tabellio quondam Petri tabellionis filius ».

bono animo et [bona voluntate placet] et convenit mihi ut per hanc cartam donacionis atque offersionis do et concedo una pro Domino vol **** ispiracione et magna caritate, pro remedio et luminarie anime mee et de qondam paren[tum meorum] et pro remedio et luminarie anime de qondam Gerardus causidus (1) viro meo, in monasterio sancte M[arie in Strata] et tibi Martinus presbiter et monachus pro ex persona et in nomine donni Andreas abbas vestrisque fratribus et [monachis] ipsius monasterii ad habendum, tenendum et in perpetuum ad iura propria poissidendum: id est trans fluvio [Re]no *** oratorio in loco ubi dicitur *** pecia una terra aratoria [cum introitu et] exitu suo usque in via plubica [et cum omnibus] super se et infra se abentem in integrum. A perticas decipeda [mensurata]: ab uno latere a sera iuxta *** Rustico perticas viginti due et *** terra prefacto monasterio perticas viginti ab uno capite *** terra iam dicti *** alio capite desuper iuxta *** [perticas] quattuordecim; et si quis aliis adfine sunt ipsa iam [dicta] *** ego predicta Alga[rda] *** nomine prenominata abbas suisque fratribus et successoribus [ad ha]bendum, tenendum et in perpetuum [ad iura propria possiden]dum et quicquid eis exinde placuerit faciendum ** a me donatrice neque a meis heredibus *** [sum]isa aut sumitenda persona nullam *** altercacionem aut causacionem vel intenctionem *** predicta pecia terra ego que supra Algarda meisque heredibus ***donno Andreas abbas suisque fratribus et successoribus tempore ab omni homine [defensare atque] auctorizare promitto. Et si agere aut causare *** presumpsero aut agentibus con[sensero et non permansero in ea omnia] qualiter supra legitur, alioquin tunc [datura] me promitto ego iam dicta Algarda filia Verardi de Petrus de Verardo meisque heredibus concedere et dare a iam dicto abbas Andreas suisque fratribus et successoribus, pene nomine, solidos triginta de[nariorum lu]censium; et post penam solutam hanc cartam donacionis, sicut supra legitur, omni tempore in sua maneat firmitatem.

Actum in civitate Bononia, indictione supradicta tercia decima.

Suprascripta Algarda hanc cartam donacionis atque offersionis pro remedio de qondam Gerardus causidicus viro suo [et ***] sua et de qondam parentorum suorum, sicut supra legitur, rogavi scribere.

Ugo filius Raginerii de Alberto de Aramo, et Iohannes Bono qui vocatur de Lisla filius Dominici de Alberto, Bononio qui vocatur Crepoldo, Albertus clericus filius Alfredi, Aldecherio filius Iohannes calzolario investitore rogatis testibus.

Ego Iohannes tabellio hanc cartam donacionis, sicut supra legitur, scripsi, firmavi atque absolvi.

(1) Il testo ha *causidus* per *causidicus*.

XXXV (683).

Busta 6 942, n. 19. Pergamena di mm. 450 × 240. Originale.

Testamento di Alberto figlio di Alberto di Giovanni Buono.

Bologna, 1105, 5 aprile.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno ab Incarnacione Domini nostri Ihesu Christi milesimo centesimo quinto, imperante domino Enricus filius quondam domini Enrici inperatori anno vigesimo quarto, die quinto mensis aprelis, indictione tercia decima. Cum iacebat Albertus filius Alberti de Iohannes Bono intro civitatem Bononie, in lectulo suo et in mansione sua, egrotus valde unde vitam finivit, cepit cogitare et dicere quomodo de ac vita migrare debet ut subito vel repentino casu mors non preoccuparet, set modo vero Dei misericordia sana habeo mentem integroque consilio, et possum fabulare **, et iudicare pro anima mea et inter legatariis et heredibus meis quomodo aut qualiter michi placuerit; misit nuncius a me Petrus tabellio et fecit venire ad se et dixit: Domine tabelius, parentis, vicinis et amicis ego fecit vos venire ut audiatis et intelegeatis meum iudicium et mea voluntas, quia dies Domini sicut fur in nocte ita venet, nichilque quod magis hominibus debeatur quam ut supreme voluntatis postquam iam velle non possum, liber sit stilus et licitum, quod iterum non redit arbitrium. In primis omnium dixit: Volo et iubeo ut sit datum pro anima mea libras decem denariorum Verone per sacerdotes et pauperes Christi pro remissionem de peccatis meis. Et iterum dixit: Volo et iubeo ut habeat pecia una terra vineata sancto Iohannes et Pauli in loco qui vocatur Panteo pro anima mea et de parentibus meis, exepto medato et orto de ibique. Et iterum dixit: Volo et iubeo ut habeat sancti Petri apostoli quartam porcionem de tuuata et casa ubi resideo. Et iterum volo ut fiat datum ad monasterio sancti Vitalis solidos viginti denariorum Verone, et solidos decem a patrino meo. Et iterum volo ut fiat datum ad donnum Guidum monachus de monasterio sancti Stefani solidos viginti denariorum Verone. Et iterum volo ut habeat Girardino nepote meo solidos quadrainta denariorum veronensium et terciam porcionem de pensionis meae; et duobus porcine (1) de su-

(1) Così ha il testo per *porciones*.

pradicte pensionis volo ut habeat Arardo et Ragimundo et Alberto de Lentaxe, quia sic est mea voluntas. Et iterum dixit: Volo et iubeo atque iudico ut habeat Sufia uxxor mea tornaturie tres de terra vineata quem genitor meus dedit predicta Sufia uxor mea, et quartam tornaturia de terra vineata do et concedo et confirmo ad supradicta Sufia uxxor mea: ab uno latere iusta Iohannes de Dulcino, alio latere iusta Petrus Mignano, ab uno capite iusta heredes de Saginello alio capite iusta .....; infra istis designatis lateribus et capitibus a racione facta tornaturie quatuor integriter in integrum. Et omnia de supra iudicavi atque disposui sit in potestate de supradicta Sufia uxxor mea usufruendi omnibus diebus vite sue, et post suum vero hobitum sit vendita et data pro anima mea et sua de uxxor mea et de parentibus meis, quia sic est ultima mea voluntas. Et iterum dixit: Volo, rogo et peto et in fide tua comitto supradicta Sufia uxxor mea ad omnia inquirendi et dandi pro anima mea et de parentibus meis, sicut supra iudicavi et dixi. Actum in civitate Bononia, indictione supradicta tercia decima.

† Marchese advocatus filius Ugoni de Vilano, et Azo legisperitus filius Rodaldo de Richiza, et Ato filio Arardo, et Ricardo filio Petri de Rusticario, et Gerardo filio Guido, et Bonfillo filio Petri Squartacha, et Rodaldo filio Homodei, et Lamberto filio *** corvo rogatis testibus.

† Scripto hoc testamentum distribucionis atque per rogacionem per manus mea in Dei nomine Petrus tabellio rogatus a supradicto testator, sicut supra legitur, complevi et dedi.

XXXVI (684).

Busta 34,970, n. 17. Pergamena di mm. 370 × 110. Originale mutilo nella parte superiore.

Concessione livellaria di Guido abate di S. Stefano a Guglielmo e Alda coniugi sopra una terra vineata oltre il Reno in luogo detto Ponticello.

Bologna, 1105. . . .

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno domini[ce Incarna]-cioni millesimo centesimo quinto, regnante domino Enrico filio Enrici imperatoris anno quadragesimo nono, quarto kalendas *** indictione quartadecima. Petimus a te donno Guido presbitero monachus et abbas monasterii sancti Stephani que vocatur Ierusalem [presentibus ?] fratribus monachis ipsius monasterii, uti nobis Guilielmus

filius cuiusdam Petri de [Alani] et Alda iugales seu filii et heredibus *** nomine iure a presenti die nobis concedere [dignetis rem] iuris proprietatis vestre prefato monasterio: idest trans flumen Reno, in loco ubi dicitur Ponticellus, pecia una terra vineata cum introitu et exitu suo usque in via plubica, et cum omnia super se et infra se abentem in integrum. A perticas decipeda mensurata: ab uno latere et ab alio latere perticas decem et pedes tres, et per ambabus capita perticas septem et media; ab uno latere a mane iuxta via plubica, alio latere poisidente filia Azoni de Iohannes presbiter Gambio. Ab uno capite desuper iuxta Cararia decem uno, alio capite poisidente Berta filia Pucio de Iohannes de Leo; et si quis alii adfine sunt, omnia, qualiter supra legitur, a presenti die nobis concedere iubeatis, ut diximus, in integrum ad habendum, tenendum et possidendum et quicquid vobis petitoris vestrisque heredibus exinde placuerit faciendum, a salva iusticia dominica persolvendum, et post completas hereditas qui supra petitoris vestrisque heredibus calciarios dandum hanc cartam enfiteosin in oc hordine renoventur; sic ita tamen ut exinde inferre debeamus nos petitoris nostrisque heredibus, tibi qui supra dominacione tuisque heredibus, singulis quibusque indictionibus, pensionis nomine in argento denariorum veneticorum uno, ita ut dictum est, pensio persolvatur. Et ego prefato donnus Guido abbas meisque fratribus et successoribus prefato monasterio predicta peciola terra vineata vobis Guilielmus filius Petri de Alani et Alda iugalis vestrisque heredibus omni tempore ab omni omine defensare et auctorizare promitto. Si qua vero pars qui contra hanc cartam enfiteosin ire tentaverit et non conservaverit in ea omnia, qualiter supra legitur, det pars parti, pene nomine, solidos centum denariorum veronensium; et post penam solutam hec enfiteosin, sicut supra legitur, omni tempore in sua maneat firmitatem. Actum in supradicto monasterio, indictione supradicta quarta decima.

Supra scriptus petitor hanc aperam enfiteosin, sicut supra legitur, rogavit scribere.

Iohannes de Riso investitore, Bononius filius Dominici Cerfolio, Iohannes longobardus, Petrus qui vocatur Pizolo filius Martini medico, Rusticus filius Andreas rogatis testibus.

† Ego Iohannes tabellio quondam Petri tabellionis filius hanc aperam enfiteosin, sicut supra legitur, scripsi et firmavi atque absolvi.

XXXVII (685).

Busta n. 34,970, n. 55. Pergamena di mm. 320 × 125. Originale deteriorato dall'umidità nel margine sinistro.

Concessione livellaria sopra un appezzamento di terra in Vico Panigale fatta da Guido abate di S. Stefano a Martino e suoi eredi.

Bologna, 1108, 22 febbraio.

† In nomine Domini. Anno ab Incarnatione eiusdem millesimo centesimo octavo, octavo kalendas martias, indictione prima. Pe[timus a te] donno Guido divina gratia monasterii sancti Stefani [quod vocatur Hierusalem] presbiter et abbas, uti me Martino qui dicitur *** fratri meo seu filiis et heredibus nostrorum aut *** quemlibet scriptum significaverimus usque *** per hoc instrumentum enphiteosin *** concedere digneris rem iuris predicti [monasterii] *** in vico Panigale sedium unum cum in[troitu et] exitu suo usque in via publica, vel cum omnibus [super se vel infra se habentem]. A perticas decipedas [mensurata finis] esse videtur: iuxta Mazolinum de Ugo de Blan ** [perticas] decem et septem et mediam, de subto iuxta *** de Iohanne habet perticas decem et septem, a mane iuxta [viam] publicam recipit perticas octo, a sera iuxta *** capit similiter perticas octo; et si qui alii af[fines sunt] a presenti die nobis concedere digneris, ut diximus, in integrum ad habendum, tenendum et poissidendum et quicquid nobis et heredibus nostris deinceps placuerit in progeniem nostram usque terciam exhactam faciendum. Et post predictam terciam progeniem perhactam aliud instrumentum enphiteosin hoc modo innovemur. Ita tamen ut huius predicte rei nomine, tibi prefato abbati tuisque [in perpetuum] successoribus, singulis quibusque indictionibus, pensionis nomine, in argento denarios Venecie duo referamus. Et ego predictus abbas meique fratres et successores predictum sedium que supra vobis iam dictis petitoribus vestrisque heredibus omni tempore [ab omni homine] defensare et auctorizare promitto. [Si qua vero] pars que contra hoc instrumentum enphiteosin *** ire temptaverit et non conservaverit ea [omnia prout supra] legitur, det pars parti, pene nomine, in argento denariorum solidos sexaginta; et post penam solutam hoc instrumentum enphiteosin, ut supra legitur, omni tempore in sua maneat firmitate. Actum in supradicto monasterio, indictione supradicta.

Predicti petitores hanc aperam, ut supra legitur, rogaverunt scribere.

Ubertus filius Gandulfi de Guido de Petro, Leo de Restano, Petrus Ruffus, Andreas de Panigale filius Andree, Petrus filius Martini medici, Iohannes de Gisso investitor rogati sunt testes.

Ego Bonandus gratia Dei tabellio hanc aperam, ut supra legitur, firmavi et scripsi.

XXXVIII (686).

Busta 7/943 n. 16. Pergamena di mm. 300 × 225. Originale con i caratteri molto deteriorati.

Donazione di terreni da Pietro figlio di Ildebrando di Pietro al monastero di S. Maria in Strada.

Bologna, 1112, 30 gennaio.

† In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno dominice Incarnacionis millesimo centesimo duodecimo, inperante domino Enrico anno primo, tercio kalendas februarii, indictione quinta. Ego quidem in Dei nomine Petrus filius Ildebrandi de Petrus iudex bono animo et voluntate placet et convenit mihi ut per hanc cartam donacionis atque offersionis do et trado atque transfero pro remedio et luminarie anime mee et de qondam parentorum meorum in monasterium sancte Marie in Strata et tibi. ... presbiter et monachus pro ex persona et vice donni Gandulfus abbatis vestrisque fratribus et successoribus ipsius monasterii ad habendum, tenendum et in perpetuum ad iura propria poissidendum idest: tres peciis terre, due que est in vico Policeno prope ecclesia sancti Marcii, et tercia aratoria quod sunt tornaturie duas a perticas decipeda mensurata a racione facta cum introitu et exitu suo usque in via plubica et cum omnia super se et infra se abentem in integrum. Prima pecia terra prope supradicta ecclesia, a perticas decipeda mensurata: ab uno latere desuptus perticas triginta octo et media, iuxta supradicto monasterium *** iura filii Ferrii, alio latere detinet Albo *** monasterium similiter perticas triginta octo et dimidia; ab uno capite a mane fluvio Reno et via plubica perticas dua et novem pedes, alio capite iuxta via que vocatur Maiore perticas duas et pedes tres. Alia pecia ibi prope: ab uno latere a meridie iuxta Basia perticas quadraginta una et pedes uno, alio latere similiter perticas quadraginta una et pedes uno iuxta Lambertus Tusco, ab uno capite a sera perticas una et pedes quattuor et semiso, alio capite a mane perticas tres et pedes tres iuxta via Maiore. Tercia pecia terra, in loco qui vocatur Termine et ubi dicitur Ronco Battimano tornaturias duas, a tribus lateribus supradicto donator, quarto latere de supto poissidente Petrus de Remengarda qui vocatur Taurerlo; et si quis alii adfines sunt, omnia

qualiter supra legitur, do et trado atque trados atque transfero, ego iam dictus Petrus de Ildebrando in supradicto monasterio in nomine predicto abbatis suisque fratribus et succesoribus ad habendum, tenendum, et in perpetuum ad iura propria poissidendum et quicquid vobis exinde placuerit faciendum. Et spopondeo me ego qui supra Petrus de Ildebrando meisque heredibus predicte tres pecias terre aratorie in supradicto monasterio et in prefato abbas suisque fratribus et succesoribus ipsius monasterii, omni tempore, ab omni homine defensare et auctorizare promitto. Damna litis omnia sustinere, et si minime defensare potuero, aut contra hanc cartam donacionis a me facta aliquando per cocumque ingenio quod umanum sensum capere potest agere aut causare presumsero, aut agentibus consensero et non permansero in ea omnia, qualiter supra legitur, dupla bonis condicionis rem quoque meliorata sub iestimacionis, sicut interpretatum fuerit, in consimile loco tibi supradicto Gandulfus abbas tuisque confratribus et successoribus restituamus in duplo.

Actum in civitate Bononia, indictione supradicta quinta.

Supra scriptus Petrus filius Ildebrandi hanc cartam donacionis, sicut supra legitur, rogavi scribere.

Ugo et Iohannes Bonus filius Petri de Dominico notario, Verardus filius Fussceradi, Petrus filius Guiterni, Verardo filius Ato de Rolenda, et Enrico filius Ugoni, Petrus investitore filius Morandi de Freulfo rogatis testibus.

Ego Iohannes tabellio hanc cartam donacionis atque offersionis, sicut supra legitur, scripsi et firmavi atque absolvi.

XXXIX (687).

Busta 31/967 (²), n. 19. Pergamena di mm. 320 × 210 (nei lati maggiori). Originale orribilmente corroso nel margine sinistro e mutilo nel mezzo.

Donazione di Pietro a D. Giovanni abate di S. Maria in Strada di una pezza di terra.

Calcara, 1115, 16 maggio.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno dominice Incarnacionis millesimo centesimo quinto *** sesto decimo mense madius, indicione octava. Et ideo in Dei nomine ego Petrus filius quondam Mart ** [*** profes]sus sum lege vivere romana perpetuo dixit Dominus omnipotens hac redemtor noster animas quas **** ad studium salutis semper in vita que est ad remedium anime mee pertinere *** mihi semper illuc agere unde hic et in futuro scientia plena aput omnipotente Domino **** per mercedem. Et ideo ego qui supra Petrus, propter Deum et remedium anime mee, dono et trado seo *** et rector monasterii sancte Dei genitricis et virginis Marie

scita in Strada **** confirmo potestatem ad abendum proprietario iure: idest campo pecia *** quod abere viso sum *** qui dicitur Seneverto coerit ei ad *** Iohanni qui vocatur **** item Iohanni Blanco da sera, item **** cum suis germanis **** erentes. Et est campo ipso in **** iusta ad racione facta sestaria sex. Que autem iam dicta pecia *** et mensura vel cum superiore et subteriore, seo cum fine et accessione **** et hora per hanc cartula donacionis et oferscionis in tua qui supra Iohannes presbiter et [succes]soribus ad pars ipsius momasterii (1) manehant et persistant potestatem ad *** pars ipsius monasterii proprietario iure quicquit volueritis sine *** heredum meorum contradicione. Quidem expondeo adque promitto me ego qui supra **** meos heredes tibi qui supra Iohanni presbiter et rector vel tuisque successoribus a pars ipsius *** arie iam dicta pecia de campo, qualiter superius legitur, ab omni contradicente omine defensare *** ad defensandum minime fecerimus, aut si contra hanc cartula ista donacionis et *** vis ingegnio agere agut (*sic*) causare presumserimus, vel si agentibus consenciens fuerimus *** pecia de campo, quod superius legitur, sicut pro tempore melioratasque fuerint aut valuerint sub iestimacione in consimile loco in duplum vobis a pars ipsius monasterii restituamus, quia sic inter nobis convenit. Et nec lice ad me amodo ullo tempore nolle quod semel voluise quidem hic semel factum vel conscriptum est sub iusiurandum inviolabiliter conservare promitto cum **** subnixa **.

Actum in loco qui dicitur Calcaria feliciter.

Signo / manus supradicto Petri qui hanc cartula donacionis et ofersionis, ut supra fi[eri] ***.

Signo //// manibus Gulferii filius quondam Widoni, et Dodoni filius quondam Dominici seo *** item Gulferii filius quondam Fredulfi, adque Adelberti filius eius qui professi sunt ***

✣ Gotefredus notarius et iudex sacri palacii scripsi post tradita conplevi ***

XL (688).

Busta 34/970, n. 36. Pergamena di mm. 325 × 220. Originale deteriorato, scritto superbamente.

Vendita del conte Uberto, figlio del conte Alberto, a Pietro e .... coniugi dei beni immobiliari tenuti da quelli a titolo di precario o di feudo nella corte di Pianoro.

Pianoro, 1115, 28 dicembre.

In nomine domini nostri Ihesu Christi. Anni eius millesimo centeximo decimo quinto, regnante dominus Enricus rex filius quondam

(1) Così ha il testo.

secundo Enrici imperatoris, IIII kalendas ianuarias, indictione octava. Profitens *** ego Ubertus comes filius quondam Alberti comitis de comitato bononiensis qui professus sum ** [legem] vivere romana. Accepi, sicut in presentia testium manifestus sum quod accepi, a *** [Petro (1)] iugales, filius et nurus quondam Verardi clerici de loco Planorio, in argento denariorum lucensium solidos **, sicut inter nobis convenit, pro omnis res immobile quod habetis aut tenetis aut ad vobis pertinet sive precario iure aut per feudum da me, infra tota curte Planorii. Que autem iam dicta res, qualiter supra legitur, cum superiore et inferiore seu cum fine et accessione sua in integrum, a presenti die et hora pro supradicto precio et per hanc cartam vendicionis in vestram, qui supra emptoribus meis, maneat et persistat potestatem, ad habendum et fatiendum exinde et cui vos dederitis vel vestris heredibus iure, proprietario nomine, quicquid volueritis, sine omni mea heredumque meorum contradictione. Spondeo quidem atque promitto ego, qui supra venditore, una cum meos heredes vobis, qui supra emptoribus, vel a vestris heredibus supradicta res, que vobis supra venundavi, in integrum, omni tempore, ab omni contradicente homine defensare, secundum quod in legibus cautum est. Quod si ad defensandum minime fecero, aut si contra hanc cartam venditionis per quodvis ingenium agere aut causare presumpserimus, vel si agentes consentiente fuero ego vel meis heredibus, tunc supradicta res, que vobis supra venundavi, sicut pro tempore meliorata fuerit aut valuerit sub estimatione in consimilibus locis, vobis vel ad vestris heredibus in duplum restituam, quia sic inter nobis convenimus.

Actum in castro Planorio, indictione supradicta VIII.

Supradicto venditore qui hoc instrumentum venditionis, sicut supra legitur, fieri rogavit.

Nomina testium qui hic interfuerunt vocati: Lanbertus Rodulfi filius, Lanbertus qui vocatur de Bona, Rolandus Azoni filius, Atto filius Iohannis testes interfuerunt.

Ego Tegrinus tabellio atque causidicus scripsi hoc instrumentum vendicionis pro rogatione de supradicto venditore.

(1) Dall' imbreviatura sull' altra pagina della carta si legge il nome del compratore: Pietro figlio di Verardo.

XLI (689).

Busta 34/970, n. 39. Pergamena di mm. 272 × 165. Originale mancante della parte inferiore e offeso nei margini.

Concessione livellaria di Gerardo abate del monastero dei SS. Naborre e Felice a Martino e Giolitta coniugi sopra una terra in Panigale.

Bologna, 1116, 6 aprile oppure 25 marzo.

In nomine sancte et individue Trinitatis. [Anno Domini] millesimo centesimo sesto decimo, inperante domino Enrico tercio (*sic*) anno sesto, octavo [idus o kalendas?] aprilis, indictione nona. Petimus a te donnus Gerardus abbas monasterii sanctorum Naboris et Felicis uti nobis Bonus Martinus filius Martini medico et Iolitta, vir et uxor filia Gerardi de Petri de Ezo, seu filii et heredibus nostrorum per hanc cartam enfiteosin nomine, iure, a presenti die nobis concedere dignemini rem iuris vestre proprietatis: idest ultra fluvio Reno, in vico Panigale, prope ecclesia sancte Marie, pecia una terra aratoria cum introitu et exitu suo usque in via plubica, et cum omnia super se et infra se abentem in integrum A perticas decipeda mensurata: ab uno latere de super perticas viginti et quattuor, iuxta ego qui supra petitrice cum filia meo Geltruda; item alio latere de supto similiter perticas viginti quattuor, iuxta Petrus de Drachilda. Ab uno capite a sera perticas duas et pedes quinque et semisso, iuxta terra supradicta ecclesia sancte Marie, que est cella sancte Marie in Strata; alio capite a mane, iuxta via plubica, perticas duas et pedes octo et semisso; et si quis alii adfines sunt, ipsa iam dicta pecia terra do et concedo ego prenominato donnus Ierardus abbas vobis petitoris vestrisque heredibus ad habendum, tenendum et poissidendum et quicquid vobis exinde placuerit faciendum a salva iusticia domnica persolvendum; et post completas hereditas vestras, qui supra petitoris, vestrisque heredibus, calciarios dandum, hanc cartam enfiteosin in oc hordine renoventur. Sic ita tamen ut exinde inferre debeamus nos, qui supra petitoris ** tibi iam dicto dominacione tuisque successoribus, singulis [quibusque] indictionibus, pensionis nomine, denariorum uno veneticorum, ita ut dictum est, pensio persolvatur. Et ego predicto donnus Gerardus abbas meisque successoribus supradicta pecia terra aratoria vobis, qui supra Bonus Martinus et Iolitta, vir et uxor, vestrisque heredibus, omni tempore, ab omni homine defensare et auctorizare promitto. Si qua vero pars contra hanc cartam enfiteosin ire tentaverit et non conservaverit in ea

omnia, qualiter supra legitur, det pars parti, pene nomine, libras decem denariorum veneticorum; et post pena solutam hanc cartam enfiteosin, sicut supra legitur, omni tempore in sua maneat firmitate.

Actum in supradicto monasterio, indictione predicta.

*****

XLII (690).

Busta 8 944, n. 4. Pergamena di mm. 295 × 165. Originale offeso nel margine destro.

Vendita di terreni posti in Panigale da Enrico Venetico, Alberto Manzo ed Enrico, figli di Venetico, ai coniugi Bono Martino e Giolitta.

Bologna, 1117, 28 maggio.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno dominice Incarnacionis millesimo centesimo septimo decimo, inperante domino Enrico, filio Enrici imperatoris anno septimo, quinto kalendas iunii, indictione decima. Constat nos Enrico, qui vocatur Venetico, et Albertus, qui dicitur Manzo, atque Enrico filiis supradicto Venetico venditoris, bono animo et voluntate placet nobis, damus et transferrimus vobis Bonus Martinus, filius Martini medici, et Iolitta iugalis, filia Gerardi de Petro de Ezo, vestrisque heredibus ad habendum, tenendum et in perpetuum ad iura propria poissidendum: idest ultra fluvio Reno in vico Panigale, prope ecclesia sancte Marie, pecia una terra aratoria cum introitu et exitu suo usque in via plubica, et cum omnia super se et infra se habentem in integrum. A perticas decipeda mensurata de supto perticas viginti, iuxta qui supra [emptores, de super] similiter perticas viginti, iuxta filii Huberti de Alberto. Ab uno capite, iuxta terra [monasterii sancte Marie] in Strata, perticas duas et pedes duo; item alio capite a mane, iuxta via plubica, perticas duas et tres pedes; et si quis aliis adfines sunt. Et quia recepimus nos veditoris a vobis emptoris precium de iam dicta pecia terra triginta denariorum luccensium, finitum precium, sicut inter nos convenimus; quatenus modo ab hodierna die de nostra, qui supra venditoris nostrisque heredibus distullimus potestatem, set in vestras emptoris et in vestris heredibus tradimus et transferrimus potestatem ad habendum, tenendum et in perpetuum ad iura propria poissidendum et quicquid vobis exinde placuerit faciendum. Et spopondimus Enrico Venetico et Albertus, qui vocatur Manzo, atque Enrico filiis meis, nostrisque heredibus iam dicta pecia terra aratoria vobis, qui supra Bonus Martinus et Iolitta vir et uxor, filia Gerardi de Petri de Ezo, vestrisque heredibus, omni tempore, ab omni homine

defensare et auctorizare promittimus. Dannas litis omnia sustinere, et si minime defensare potuerimus, aut contra hanc cartam vendicionis, a nobis facta, aliquando per cocumque ingenio, quod umanum sensum capere potest, agere aut causare presumserimus, aut agentibus consenserimus, et non permanserimus in ea omnia, qualiter superius legitur, dupla bonis condicionis rem quoque meliorata sub iestimacionis, sicut in tempore fuerit in consimile loco, vobis emptoris vestrisque heredibus restituamus in duplo.

Actum in civitate Bononia rupta antiqua, in curte sancti Archangeli, indictione suprascripta decima.

Suprascriptis Enrico Venitico, et Albertus qui dicitur Manzo, et Enrico filiis suis hanc cartam vendicionis, sicut superius legitur, rogaverunt scribere.

Petrus namque filius Guiterni, et Gerardus investitor, et Alto filiis Rofredi notarii, et Petrus clericus filius Guiselberti da (1) Monte Severi, et Guido filius Morandi Bagnagallo, hi omnes rogatis testibus.

✣ Ego Iohannes tabellio hanc cartam vendicionis, sicut superius legitur, scripsi, firmavi atque absolvi.

XLIII (691).

Busta 8/944, n. 7. Pergamena di mm. 390 × 215. Originale mutilo nel margine sinistro.

Vendita di terreni da Bona di Giovanni Canuto a Martino medico e a Berta sua moglie.

Bologna, 1118, 25 febbraio.

In nomine Domini. Anno ab Incarnatione eiusdem millesimo centesimo octavo decimo, imperante Henrico quarto anno octavo, quinto kalendas martias, indictione undecima. Et ideo in Dei nomine ego quidem Bona de Iohanne de Canuti hoc vendicionis et concessionis instrumento, presenti die do et vendo atque concedo, insimul cum Martino genero meo, tibi Martino medico et Berte uxori tue vestrisque heredibus quod nos habemus et tenemus in Plexano, quod est pecia unam terre vineate cum ingressu et egressu suo usque in via publica, vel cum omnibus supra se et infra se habentem in solidum. Finis autem eius: ab uno latere [a mane] continet via

(1) A tergo nell'imbreviatura si notano queste varianti: 1. da Monte Savino. 2. Bagnacallo.

publica et Petrus de Carundo, alio latere a sera poissidet Petrus de Caxaria, ab uno capite desuper detinet predictus Petrus de Carundo et Petrus de Caxaria, ab alio capite de subto poissidet Tegrino de Uberto. Infra hos itaque predictos confines, ut predixi, omnia et ex omnibus in integrum, a presenti die, damus et vendimus atque concedimus nos supradicti venditores vobis iam dictis emptoribus vestrisque heredibus ad habendum, tenendum et poissidendum et quicquid vobis et heredibus vestris ex hac re placuerit, salvo tamen iure dominii, faciendum. Huius quoque rei nomine, novum enphiteosim [instrumentum] ad minus habentem congruo tempore vobis liceat et heredibus vestris accipere eique pensionem solitam dependere, scilicet duos denarios Venecie; et insuper ** quid vobis licuerit facere. Ab omni quoque homine hanc predictam rem [legittime] defendet et auctorizare pro nobis et nostris heredibus, ab omni homine, promittimus. Alioquin si agere aut litigare exinde ex hac re, nos vel nostri heredes presumpserimus, aut si defensionem congruam vobis non exhibuerimus, tunc, pene nomine, solidos centum denariorum Verone dare vobis et vestris heredibus promittimus; et post modum hoc vendicionis et concessionis instrumentum semper intactum et incorruptum tenere spondemus.

Actum in burgo strade Maioris, indictione supradicta.

Predicti venditores hoc vendicionis et concessionis instrumentum, ut supra legitur, rogaverunt fieri.

Azo clericus de Musiliano, et Maurontus, et Dinarolo, et Ildebrandus filius Iohannis Boni de Leo Sproncio, et Dominicus de Iohanne Pagano investitor, et Ubaldus filius Martini de Petronilla, et Angelus filius Iohannis de Rodulfo rogati sunt testes.

Ego Bonandus tabellio hoc vendicionis et concessionis instrumentum, ut supra legitur, firmavi et scripsi.

XLIV (692).

Busta n. 34/970. n. 45. Pergamena di mm. 360 × 260. Originale corroso nel margine sinistro.

Donazione di un mulino in Savena da Sigizo di Alberico all'abazia di S. Stefano.

Bologna, 1118, 3 maggio.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo octavo decimo, imperante Henrico quarto anno octavo, quinto nonas mai, indictione undecima. Ego quidem dominus Sigizo

de Alberico, pro Dei omnipotentis timore et pro meorum peccatorum remissione, hoc donacionis inter vivos instrumento, in presentiarum dono et huius modi re *** confestim trado in honorem Dei et ecclesie sancti Stephani, ac donni Widonis, Dei clementia eiusdem ecclesie abbatis, et suorum omnium fratrum et eorum successorum, in perpetuum omnem meam porcionem molendini, quod est in flune (1) Sabine *** et omnium etiam que ad ipsum molendinum pertinent, aque *** et terre, et cluse ac capanne, tam ex illa parte predicti fluminis, quam ex ista, omne *** omnemque actionem omnium rerum et possessionum, quas in prenominato loco quolibet modo huc usque ** cuiuscumque rei nomine, in presenti, ut predixi, dono. Ut tamen hec a me vobis in honorem predicti *** nec a te donno abbate vel a vestris confratribus aut successoribus vendantur, vel in feudum alicui dentur, aut a quocumque alienentur, sed semper ad utilitatem et commodum vestrum, vestrorum successorum deinde permaneant ad habendum, tenendum ac possidendum, et ad vestrum comune lucrum atque honorem et victum prout volue *** ritis retinendum. Ut nullam litem, nullamque controversiam predictarum rerum nomine [a me vel a m]eis heredibus, quolibet modo, aliquo in tempore, vos vel vestri successores exinde sustineatis; ab omni quoque hominem predicta legittime defendere et auctorizare semper vobis et vestris successoribus promitto. Et si ego vel mei heredes, ex his rebus predictis, aliquando, qualibet ex causa, agere aut litigare presumpsero, aut si legittimam defensionem vobis contra agentem non exhibuero, pene nomine, decem libras denariorum lucensium dare vobis et vestris successoribus promitto; et insuper hoc donacionis instrumentum in sua firmitate semper incorruptum tenere spondeo.

Actum in domo predicti donatoris, indictione predicta.

[Prenominatus] Sigizo hoc donacionis inter vivos instrumentum, ut supra legitur, scribere rogavit.

*** clicha uxor iam dicti donatoris hec omnia predicta laudavit.

Rambertus de Geremia, et Albertus Manzo, et Ugo iudex de Ansaldo investitor, et Raimundus de Algin *** causidicus, et Petrus Tursapullus, et Petrus de Alberto, et Ginibaldus de Boxo, et Bonus Iohannes de Petro *** [Bon]onio, et Henricus filius Petri de Fuscerado, et Alericus filius Bonifilii, et Ugo de Iohanne de Il *** Bonus Fantinus de Gotelinda rogati sunt testes.

† Angelus his metris causidicus ista peregi,
Notarii signo subscribens robore summo.

Pubblicato dal Ricci, *I primordi dello Studio*, etc. pag. 162.

(1) Il testo ha *flune* per *fiumine*.

XLV (693).

Busta n. 8 944, n. 8. Pergamena di mm. 370 × 180. Originale molto malandato.

Donazione universale di Landolfo di Landolfo al monastero di S. Stefano.

Bologna, 1118, 6 dicembre.

In nomine Domini. Anno ab Incarnatione eiusdem millesimo centesimo octavo decimo, imperante Enrico quarto anno octavo, octavo idus decembris, indictione undecima. Et ideo in Dei nomine ego quidem Landulfus filius Lan[dulfi] Capazuti, pro remedio et illuminario anime mee ac patris et mee matris, do et concedo atque tran sfero in ecclesia sancti Stephani, que vocatur Hierusalem, et tibi donno Guidoni abbati eiusdem monasterii, tuisque fratribus et successoribus, omnes res et poissessiones mea, mobiles vel inmobiles ac seseque moventes, quantacumque mihi obvenit ex parte patris et mee matris, tam in civitate quam extra civitate, tam in montibus quamque in planis, sive sit propris sive in conditiciis, proprias in perpetuum, conditicias unde pertinuerit, salva tamen iusticia ei cui proprietas est. Et ita do tibi supradicto abbati Teucium de sancto Marino qui corporaliter huius rei poissessionem transferat et dominium, ita ut habeatis, et teneatis, et poissideatis, et faciatis quicquid vobis placuerit. Ut nullam litem, nullamque controversiam exinde vos vel vestri successores, quolibet modo, qualibet ex causa a me prelibato Landulfo, vel a meis successoribus, aliquo interprete, sustineatis; ab omni quoque homine hanc predictam rem legitime defendere et auctorizare semper promitto. Alioquin si agere, aut causare, aut litigare exinde, ex hac re, ego vel mei successores et heredes presumpsero, aut agenti consensum prebuero, vel si defen[sionem meam con]tra agentem vobis non exhibuero, et predicta omnia firmiter observare noluero, tunc, pene nomine, libras viginti denariorum Luce dare vobis et vestris successoribus promitto; et insuper hoc instrumentum firmum et incorruptum tenere spondeo.

Actum in supradicto monasterio, indictione supradicta.

Prenominatus Landulfus hoc instrumentum proprietatis et conduticii, ut supra legitur, rogavit scribere.

Ragimundus causidicus, Petrus filius Lanberti de Amabile, et Dalmacius, et Enricus filius Petri de Fuscherado, et Guido filius Iohannis fabri, et Teucius de sancto Marino investitor rogati sunt testes.

Ego Bonandus gratia Dei tabellio hoc instrumentum proprietatis [scripsi et fir]mavi.

XLVI (694).

Busta n. 8/944. n. 10. Pergamena di mm. 275 × 270 (nei lati maggiori). Originale mutilo nel margine destro.

Concessione livellaria di Guido abate di S. Stefano a Berta figlia dei coniugi.... e Petronia sopra una terra aratoria.

Bologna, 1119, 24 luglio.

In nomine Domini. Anno ab Incarnatione eiusdem millesimo centesimo nono decimo, imperante Henrico quinto anno nono, nono kalendas augusti, indictione duodecima. Peticionibus emphiteotecariis [annuendo], ego quidem donnus Guido, annuente Deo, presbitero et monacho et abbate monasterii [sancti Stephani] hoc instrumento emphiteosin, presenti die, do et concedo tibi Berte filie *** Infarre et Petronie iugali eiusdem, tuisque heredibus, peciam unam terre aratorie posita in loco *** cum ingressu et egressu suo usque in via publica, vel cum omnibus super se et infra se habentem. [A pertica de]cipedas mensurata esse videtur: iuxta *** filium Attonis de Rusticano et Pe **** due et pedes sex, iuxta Iohannem Calzolarium habet perticas decem et octo et pe[des ***], iuxta supradictam petitricem continet perticas quattuordecim et pedes octo, ab alio *** de Foscherado capit perticas decem; et si qui alii affines sunt, in presenti die *** ego supradictus donnus tibi iam dicte petitrici, tuisque heredibus ad habendum, tenendum et [quidquid] tibi et heredibus tuis deinceps placuerit in progeniem tuam, usque terciam exhactam, fa[ciendum; et post] predictam progeniem peractam, alius instrumentum emphiteosin hoc modo innovetur. Ita tamen *** predicte rei nomine, mihi prefato abbati, meisque fratribus et successoribus, singulis quibusque indictionibus, pen[sionis nomine] in argento denarium Verone unum a te et tuis heredibus recipiamus. Et ego predictus abbas meique fratres et successores predictam peciam terram aratoriam vobis iam dictis petitricibus, tuisque heredibus, omni tempore, ab omni homine, defensare et auctorizare promittimus. Si qua vero pars, que contra hoc instrumentum emphiteosin, aliquo modo ire temptaverit, et non conservaverit ea, que supra leguntur, det pars parti, pene nomine, in argento denariorum Verone solidos centum, et post penam solutam hoc instrumentum emphiteosim, sicut supra legitur, omni tempore in sua maneat firmitate.

Actum in supradicto monasterio, indictione supradicta.

Predicta petitris hanc aperam, ut supra legitur, rogavit fieri.

Guilielmus filius Raginerii de Corbulo iudice. Lanbertus de Albisinda, Fuscolimus peliciarius, Ugo filius Giberti peliciarii, Lanbertus filius Ziraldi mercatoris rogati sunt testes.

Ego Bonandus tabellio in Dei nomine hanc aperam, ut supra legitur, firmavi, et scripsi.

XLVII (695).

Busta n. 34/970, n. 54. Pergamena di mm. 260 × 200. Originale mutilo nel mezzo.

Rinnovazione di enfiteusi da Wido abate di S. Stefano sopra una casa in borgo S. Stefano a favore di Giovanni Buono.

Bologna, 1120, 3 giugno.

† In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo vigesimo, imperante Henrico quarto anno decimo, tercio nonas iunii, indictione tercia decima. Peticionibus emphiteocariis annuentes, nos quidem donnus Wido, divina favente clementia, abbas monasterii sancti Stephani hoc instrumento emphiteosim, renovacionis causa, do et concedo tibi Iohanni Bono, filio quondam Bonizi, tuisque heredibus terram quamdam cum casa et vacuamento in burgo sancti Stephani super stratam Maiorem, iuris scilicet predicte ecclesie, cum ingressu et egressu suo usque in via publica, et cum omnibus super se et infra se habentem in integrum. Finis cuius pede legittimo mensuratus, esse videtur; iuxta Albertum Capellum et ..... habet pedes sexaginta, iuxta Martinum Castaldio sunt similiter pedes sexaginta, iuxta nos predictam dominacionem fiunt pedes quindecim, iuxta stratam Maiorem sunt pedes quindecim et semis; et si qui [alii adfines sunt omnia] ut predixi, in integrum, in presenti do et concedo tibi prenominato emphiteotecario [tuisque heredibus] ad habendum, tenendum ac possidendum, et quicquid tibi deinceps placuerit, salvo iure dominii, faciendo; et post terciam tui progeniem, libellus alius emphiteosin hoc ordine innovetur. Et huius rei nomine, pensionis gratia, michi et meis successoribus, singulis annis, pensionis gratia, denarios sex Venecie [tu et] tui heredes exhibeatis. Ego vero predictam rem ab omni homine legittime defendere at auctorizare tibi et tuis heredibus promitto. Et si ego vel mei successores omnia, ut predictum est, firmiter observare noluerimus, pene nomine, quadraginta solidos Luce dare tibi et tuis heredibus promitto. Et insuper hunc libellum emphiteosin, ut supra legitur, omni tempore incorruptum tenere spondeo.

Actum apud predictam ecclesiam, indictione predicta.

Prenominatus emphiteocarius hanc aperam emphiteosin, ut supra legitur, scribere rogavit.

Bonus de Tegerio, et Arpinus nepos eius, et Martinus de Rigiza, et Natalis pelliciarius, et Petrus Castaldio investitor rogati sunt testes.

Angelus his metris causidicus ista peregi,
Notarii signo subscribens more benigno.

XLVIII (696).

Busta n. 8/944, n. 14. Pergamena di mm. 315 × 210. Originale offeso dall'umidità.

Vendita di Domenico di Maiano a Giovanni Brikerio e a Beliarda coniugi di un appezzamento di terra.

Bologna, 1121, 17 aprile.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo vigesimo primo, inperante Henrico quarto anno undecimo, quintodecimo kalendas maias, indictione quarta decima. Ego quidem Dominicus de Maiano, hoc vendicionis et concessionis instrumento, presenti die, vendo et concedo tibi Iohanni Brikerio et Beliarde uxori tue, vestrisque heredibus peciam unam terre aratorie in Poio de Arca, cum ingressu et egressu suo usque in via publica et cum omnibus super se et infra se habentibus in integrum. Finis cuius pertica decimpeda mensuratus esse videtur: iuxta Rikildam de Maiano sunt pertice quinque, iuxta Iohannem Bonum de Alda sunt pertice septem, iuxta viam fiunt pertice octo, iuxta filios Marchiselli sunt pertice quattuordecim; et si qui alii fines sunt, omnia, ut praedixi, in integrum in presenti do et concedo vobis prenominatis emptoribus, vestrisque heredibus, ad habendum, tenendum ac possidendum et quicquid deinceps vobis placuerit, salvo iure dominii, faciendum. Et huius rei nomine liceat vobis et vestris heredibus novum emphiteosin libellum ad minus habentem congruo tempore accipere. Ab omni quoque homine predictam rem legittime defendere et auctorizare semper vobis et vestris heredibus promitto. Et si ego vel mei heredes omnia, ut praedictum est, firmiter semper observare noluerimus, pene nomine, viginti solidos Luce dare vobis et vestris heredibus promitto. Et insuper hoc vendicionis instrumentum, ut supra legitur, semper incorruptum tenere spondeo.

Actum in burgo civitatis Bononie, indictione predicta.

Prenominatus venditor hoc vendicionis instrumentum, ut supra legitur, scribere rogavit.

Iohannes Bonus de Ianuculo, et Albertus Sarto, et Rainerius serviens eius, et Vivolus de Mangone, et Petrus de Rainerio rogati sunt testes.

Angelus his metris causidicus ista peregi,
Notarii signo subscribens more benigno.

XLIX (697).

Busta n. 8.944, n. 15. Pergamena di mm. 325 × 155. Originale.

Donazione di terreni dal diacono Rolando de Augustinis alla chiesa dei SS. Maria e Giovanni di Pragatto.

Pragatto, 1121, aprile.

In nomine Domini eterni. Anno ab Incarnacione eiusdem millesimo centesimo vigesimo primo, mense aprili, indictione XIIII. Quisquis in sanctis ac venerabilibus locis ex suis aliquid contulerit rebus in hoc seculo proficiet et in venturo, teste scriptura, centuplum accipiet. Ideoque in Dei nomine, ego Rolandus diaconus de Augustinis pro abluendis peccatis que commisi, in manus presbiteri Teuzonis et presbiteri Aldevrandi et presbiteri Gandulfi, qui vice ecclesie sancte Marie et sancti Iohannis site in Pratogattuli receperunt, trado et offero unum casamentum de octo brachiis in fronte, in Pratogattuli, cum orto et bosco insimul se tenente, et medietatem de clesura de Farneto et unam petiolam de bosco supra clesuram que est duodecim tabule, quam prefatus Rolandus permutavit cum filiis Bonfilii et Aldevrandi. Quas autem iam dictas res una cum accessione et ingressibus suis, seu cum superioribus et inferioribus, predicte ecclesie offertas et traditas habeo nulli alii his traditis obnoxiatis nisi ecclesie; ita ut illi clerici qui nunc in ecclesia sunt, vel in antea fuerint, de fructibus ipsarum rerum quicquid voluerint faciant, sine omni mea et heredum meorum contradictione, proprietate semper ecclesie salva. Quidem ego Rolandus promitto pro me et pro meis heredibus istam offersionem omni tempore defendere et auctorizare, et si hoc non fecerimus tunc quadraginta solidos Lucen pene nomine, eidem ecclesie persolvamus, et postea ista offersio firma permaneat.

Actum Pratogattuli.

† Ego Rolandus manu mea scripsi

Huius offersionis testes rogati sunt Azo de Fantolino, et Ugo de Alberto, ac Wineldus, atque Gaidulfus, et Henricus et Wido fratres, et

Aldevrandus filius quondam Bonfilii, et Albertus nepos eius, Tegrinus, et Petrus.

Wido Dei gratia iudex hec predicta rogatus scribere, ut tabellio scripsi.

L (698).

Busta n. 34 970, n. 22. Pergamena di mm. 355 × 130. Originale deteriorato ne' margini e nel mezzo.

Donazione di terreni al monastero di S. Maria in Strada, rappresentato da D. Andrea priore e D. Gregorio monaco, di 3 pezze di terra.

S. Maria in Strada. 1121,.... agosto.

In nomine [sancte et individue Trinitatis. Anno] ab Incarnacione millesimo centesimo[vigesimo primo] kalendas septembris indictione quartadecima ** [car]tulam dono et trado [ego Ubaldus filius quondam] Ricardi de Cento pro remedio anime mee [atque] parentum meorum, silicet patris et matris mee *** domno Andree priori et domni Gregorii per ecclesiam sancte Marie in Strada. Id est nominative pecie tres de terris arabilibus et boscalibus, cultis et incultis, quas habere visus sum in burgo de Reno, quo nominative in curte de Cente. Et sunt supradicte pecie super totum triginta turnaturie per mansum unum. Prime que est in burgo de Reno: a mane Galiolo, et a meridie et sero Gaci, de subtus via curente. Secunde pecie: a mane Galiolo *** a sero via. Tercie pecie: a mane et a meridie et a sero ** sancte Aguathe; vel si qui alii sunt coherentes *** cum superioribus et inferioribus atque cum ingressu et egressu ** rerum in integrum, taliter a presenti die et hora, per hanc cartulam donacionis et offersionis, maneat et persistat potestate supradicte ecclesie, sine omni mea contradicione et heredum meorum. Quidem spondeo atque promitto ego qui supradictus Ubaldus una cum meis heredibus, tibi supradicte ecclesie et cie dederis iam dicte res, quas supradicte ecclesie dedi in integrum. Ab omni contradicente homine defensare iuxta legem; quod si ad defensandum minime fecero, aut non potuero, tunc supradicte res sicut pro tempore meliorate fuerint, aut valuerint, sub extimacione in consimilis locis in duplum supradicte ecclesie restiamus; quia sic inter nos convenit, nec mihi liceat et cetera alia similiter.

[Actum in supradicto] monasterio ***

** Guido de Ardizzone et Rolandus Br ** et Enricus, et Iohannes, et Raimundus iudex, et Rainerius ** filius Raimundi, et Bonusfilius de Bagno, et Promathizo filius Ranberti de Germia qui huius rei sunt testes.

Chonradus notarius sacri palacii scripsit.

LI (699).

Busta n. 31 970, n. 58. Pergamena di mm. 355 × 180. Originale male conservato, mutilo, corroso dall'umidità.

Vendita di terreni da Guido figlio di Giovanni Bono ad Andrea abate di S. Maria in Strada.

. . . . . Anno 1121 o 1122.

*** voluntate placet et convenit *** bis domnus Andreas abbas et domnus Andreas |prior| monasterii sancte Ma|rie in Strada| *** et fratribus ipsius monasterii ad habendum, tenendum et |possidendum| *** fluvio Reno, iuxta ipso fluvio prope ecclesiam sancti *** |pe|cia una terra aratoria cum introitu et exitu suo |usque in via plubica| et cum omnia |super et| infra se abentem in integrum. A perticas decipeda mensurata per ambabus lateribus perticas quadraginta, iuxta terra iam dicto monasterio que est similiter ad iura propia. Ab uno capite a mane iuxta via plubica et fluvio Reno perticas duas et pedes novem, item alio capite a sera, iuxta via que vocatur Maiore, perticas duas et pedes tres; infra ista mensura omnia medietatem in integrum; et si quis aliis adfines sunt. Et quia recepi ego iam dicto Guido precium de meam porcione que est medietatem de supradicta pecia a vobis emtoris de proprietate solidis quattuor luccensium inforciatos finitum precium de proprietatem, sicut inter nos convenimus. Quatenus modo ab hodierna die de mea qui supra venditor et de meis heredibus distullero potestatem set in vestras qui supra emptoris vestrisque fratribus et successoribus, trado et transfero potestatem ad habendum, tenendum et in perpetuum ad iura propria poissidendum et quicquid vobis placuerit exinde faciendum. Et spopondeo me ego iam dictus Widus filius Ferrii meisque heredibus medietatem de supradicta pecia terra, vobis donni Andreas abbas et Andreas prior, vestrisque fratribus et successoribus, omni tempore, ab omni homine defensare et auctorizare promitto; damnas litis omnia sustinere, et si minime defensare potuero, aut contra hanc cartam vendicionis a me facta, alinquando per cocumque ingenio quod umanum sensum capere potest agere aut causare |presumpsero|, aut agentibus consensero et non permansero in ea omnia, qualiter supra legitur, duplum *** quoque meliorata sub iestima|cione| *** interpretatum fuerit in con|simili loco **] vestris fratribus et successoribus restituamus.

[Actum ***]. indictione supradicta q|uar|ta *o* q[uin|ta decima.

Suprascriptus Guido *** |vendi]cio|nis|, ut supra legitur, rogavi scribere

Petrociano filius Zoaldi de Bruno de Onesto investitore, et Guidus filius Iohannes Bonus causidicus, Iohannes magister calzolario socruo suo filius Iohannis, et Iohannes Bonus filius Petri de Gogolo, Marchisino filius Ragimundi de Fregnenano, hi omnes rogatis testibus.

† Ego Iohannes tabellio hanc cartam vendicionis, sicut supra legitur, scripsi atque absolvi.

LII (700).

Busta n. 8 944, n. 26. Pergamena di mm. 250 × 225. Originale ben conservato.

Vendita di terreni dai coniugi Ugo di Giovanni di Ilda e Berta a Bonofantino di Domenico e a Clariza sua moglie.

Bologna, 1124, aprile.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo vigesimo quarto, imperante Henrico quarto anno quartodecimo, mense aprili, indictione secunda. Constat nos quidem Ugo de Iohanne de Ilda et Berta iugales hoc vendicionis instrumento, presenti die vendidisse tibi Bonofantino filio Dominici de Barbiano et Clarize uxori tue vestrisque heredibus in perpetuum peciam unam terre aratorie in Barbiano, in loco qui dicitur Riolo, cum ingressu et egressu suo usque in via publica et cum omnibus super se et infra se habentem in integrum. Finis cuius pertica decimpeda mensuratus esse videtur: iuxta terram ecclesie sancti Vitalis sunt pertice triginta sex, iuxta Riolum sunt pertice viginti quinque, iuxta viam sunt pertice viginti et media, iuxta viam de Rosa sunt duodecim et media; et si qui alii fines sunt, omnia, ut prediximus, in integrum in presenti vendimus vobis prenominatis emptoribus vestrisque heredibus ad habendum, tenendum ac possidendum et quicquid vobis deinceps placuerit in perpetuum faciendum. Ut nullam litem nullamque controversiam a nobis vel a nostris heredibus, huius rei nomine, quolibet modo vos vel vestri heredes sustineant. Ab omni quoque homine predictam rem legittime defendere et auctorizare semper vobis promittimus. Et si nos vel nostri heredes omnia, ut predictum est, firmiter semper observare noluerimus, pene nomine, quadraginta solidos Luce dare vobis et vestris heredibus, promittimus; et insuper hoc vendicionis instrumentum, ut supra legitur, semper incorruptum tenere spondemus.

Actum in domo venditorum, indictione predicta.

Prenominati venditores hoc vendicionis instrumentum, ut supra legitur, scribere rogaverunt.

Bertoloth filius Boni de Tegerio, et Bonus Fantinus de Rikilda, et Iohannes Bonus de Barbiano investitor rogati sunt testes.

Angelus his metris causidicus ista peregi,
Notarii signo subscribens more benigno.

LIII (701).

Busta n. 31/970, n. 60. Pergamena di mm. 360 × 165. Originale con la scrittura ormai scomparsa.

Donazione di beni immobili da Gotefredo di Rolando di Canetolo al monastero di S. Maria in Strada.

S. Maria in Strada, 1124, giugno.

[In nomine] Dei et Salvatoris nostri Ihesu Christi. Anno ab Incarnatione eiusdem millesimo centesimo vigesimo quarto, tertio Henrico inperante anno quarto *** iuni, *** indictione secunda. Quisquis in sanctis ac venerabilibus locis *** rebus sciat se in hoc seculo mercedem acceptūro et centuplum [in futuro]. [Ego quidem] Gotefredus filius quondam Rolandi habitator in lo[co ***] et offero vobis domnus Paulus venerabili [abbati monasterii S. Mar]ie in Stratha et domni Manfredi priori de predicto [monasterio] receptori vice ecclesie prescripte sancte Marie vestrisque confratribus et successoribus *** iure proprietatis in perpetuum possidendum: id est omnibus rebus, [territ]or[iis] *** et vineis et boscuis p seu (1) pratis et actionibus quibus nunc habeo vel detinere visus sum in curte Canitulo vel in aliis locis rebus immobilibus quibus mihi pertinet, sicut supra dictum est, cum ingressibus et egressibus suis usque in via publica, et cum omnibus supra se et infra se habente in integrum. Omnia, que superius leguntur, ego prescriptus Gotefredus trado et offero vobis prescriptis domno Paulo abbati et domno Manfredo priori acceptores vice prescripte aecclesiae sancte Mariae vestrisque confratribus ac successoribus, pro anima mea, patris ac matris et aliorum parentorum meorum. Quatenus nec ego prescriptus, nec meos heredes deinceps in perpetuum contra vos prescriptos vel aecclesiam ullam molestationem, aut causationem, vel litem, aliquo interprete, quolibet modo, qualibet ratione, movebimus vel faciemus, aut agentibus consentiemus; sed ab omni homine auctorizare et defendere perpetuum promitto. Alioquin si agere aut causare presumpserimus, aut agentibus consenserimus, et haec omnia predicta non observaverimus, tunc, pene nomine, Luce monete libras decem pro me meique heredes vobis iam

(1) Così ha il testo.

dictis vestrisque successoribus dare promitto: et post penam solutam hanc cartulam traditionis et offersionis, sicut superius legitur, in sua maneat firmitatem.

Actum in predicto monasterio libenter.

Signa manuum suprascripti Gotefredi qui hanc cartulam offersionis et traditionis, sicut superius legitur, scribere rogavit.

Signum manuum † Albertus causidicus de Canitulo. † Dominichilus Lupi † Iohanes Castaldius † et Andrea eius filius † Stephanus Agnello rogatis testes.

In Dei nomine ego † Alberto, Christi misericordia, tabellio scripsi.

Pubblicato dal Ricci, *Primordi dello Studio in Bologna*, pag. 168.

LIV (702).

Busta n. 8 941, n. 27. Pergamena di mm. 415 × 165. Originale con la scrittura corrosa dall'umidità.

Vendita di terreni da Guiseltruda di Giovanni al monastero di S. Maria in Strada.

Bologna, 1124, 5 settembre.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno dominice Incarnacionis millesimo centesimo vigesimo quarto, inperante domino Enrico quarto anno quarto decimo, die quinta mensis setembris, indictione secunda. Constat me Guiseltruda, filia qondam Iohannis de Andreas venditrice, bono animo et voluntate placet et convenit mihi, ut per hanc cartam vendicionis, a presenti die, do atque vendo tibi Martinus presbiter et monachus pro ex persona et vice donni Pauli abbatis monasterii sancte Marie in Strata, vestrisque fratribus et successoribus ipsius monasterii ad habendum, tenendum et in perpetuum ad iura propria poissidendum, idest trans fluvio Reno, in vico Panigale, prope ecclesiam sancte Marie, pecia una terre aratoria, cum introitu et exitu suo usque in via plubica et cum omnia super se et infra se abentem in integrum. A pertica decipeda mensurata: ab uno latere de super, iuxta heredes Alberti iudicis et terra iam dicto monasterio, sunt perticas undecim, item alio latere similiter perticas undecim, iuxta . . . . filia Rodulfi de Webbo. Ab uno capite a mane perticas quinque et pedes tres, iuxta via plubica, item alio capite similiter perticas quinque iuxta terra predicto monasterio sancte Marie; et si quis alii afines sunt. Et quia recepi ego que sum venditrice precium de iam dicta pecia terra a te emptore sodidis quattuor denariorum Luce, sive finitum precium, sicut inter nos convenimus. Quatenus modo ab hodierna die de mea, que sum vendi-

trice et de meis heredibus, distullero potestatem, set in vestras qui supra emptoris vestrisque heredibus tradimus et transferrimus potestatem ad habendum, tenendum et in perpetuum ad iura propria poissidendum et quicquid vobis placuerit exinde faciendum. Et spopondeo me ego, que supra Guiseltruda, filia Iohannis de Andreas, meisque heredibus iam dicta pecia terra vobis predictis Paulus presbiter et abbas ac Martinus monachus, vestrisque fratribus et successoribus, omni tempore, ab omni omine, defensare et auctorizare promitto. Damna litis omnia sustinere, et si minime defensare potuero, aut contra hanc cartam vendicionis a me facta aliquando per cocumque ingenio, quod umanum sensum capere potest, agere aut causare presumsero, aut agentibus consensero, et non permansero in ea omnia, qualiter supra legitur, dupla bonis condicionis rem quoque meliorata sub iestimacione, sicut interpretatum fuerit in consimile loco, vobis entoris vestrisque fratribus et successoribus restituamus in duplo.

Actum in burgo sancti Felicis prope ecclesia sancti Nicholai, indictione predicta secunda.

Suprascripta Guiseltruda hanc cartam vendicionis, sicut supra legitur, rogavit scribere.

Iohannes Bonus filius Dominici ***, et Bonfillo filius Bonfi **, Petrus qui vocatur Malalone filius Petri de Sigolo, Stephanus filius Alberti Bordone, Maginfredus filius Boni Iohannis de burgo sancti Marini, atque Marcus, hi omnes rogati sunt testes.

Ego Iohannes tabellio hanc cartam vendicionis, sicut supra legitur, scripsi et firmavi atque absolvi.

LV (703).

Busta n. 8.944 n. 29. Pergamena di mm. 400 × 250. Originale macchiato e corroso.

Concessione livellaria di Guido abate di S. Stefano a Buono di Piperada, e ai figli suoi Giovanni, Martino, Angelo, e ai nipoti Giovanni Buono e a Martino sopra un appezzamento di terra con casa nella strada Maggiore.

Bologna, 1121, 19 ottobre.

In nomine Domini. Anno ab Incarnacione eiusdem millesimo centesimo vigesimo quarto, imperante Enrico quinto anno quartodecimo, quarto decimo kalendas novembris, indictione secunda. Peticionibus enphiteotecariis annuendo ego quidem donnus Guido Dei providencia abbas monasterii sancti Stephani quod vocatur Hierusalem hoc instrumento enphiteosin presenti die do et vendo tibi Bono de Pi-

perada tantummodo **** et potestas in vita tua; sitque Bono Iohanni et Martino et Angelo germanis filiis tuis in tres vero partes, atque Iohanni Bono et Martino germanis nepotibus tuis in quartam partem, seu filiis et heredibus vestris solum unum terre cum casa et vacua positum in burgo strade Maioris superiori latere cum introitu et exitu suo usque in via publica; vel cum omnibus super se et infra se habentem in integrum. A pede legitimo mensuratum, finis eius ubi primo solo terre cum casa esse videtur: ab uno latere iuxta Azonem sunt pedes triginta et sex, alio latere iuxta Farulfos sunt similiter pedes triginta et sex, de uno capite iuxta predictam stradam capit *** capite iuxta supradictam terram vacuam recipit similiter pedes ***. Alio solo terre vacuo: ab uno latere [iuxta supradictos] Farulfos continet pedes viginti quattuor, alio latere iuxta supradictum Azonem consistit similiter pedes viginti quattuor; ab uno capite iuxta clausuriam supradicti monasterii amplectit pedes duodecim, alio capite iuxta aliam terram et casam adsunt pedes similiter duodecim; et si qui alii affines sunt in presenti die do et vendo ego supradictus abbas predicti soli terre cum casa et vacuo, quod sunt clusos sex, vobis iam dictis petitoribus vestrisque heredibus ad habendum tenendum et poissidendum et quicquid vobis et heredibus vestris deinceps placuerit in [proge]niem vestram usque terciam exhactam faciendum, heredibus Bonefacii exceptis et in omnibus servis. Et post supradictam progeniem perhactam aliud instrumentum enphiteosin hoc modo innovetur, ita tamen ut huius predicte rei nomine michi prefato abbati meisque fratribus et successoribus, pensionis gratia, duos denarios veronenses competenter exhibeantur. Ego vero prelibatus abbas meique fratres et successores predictis solis terris vobis iam dictis petitoribus, vestrisque heredibus, omni tempore, ab omni homine, defensare et auctorizare promitto. Si qua vero pars que contra hoc instrumentum enphiteosin aliquo modo ire temptaverit et non conservaverit ea, que supra leguntur, det pars parti, pene nomine, in argento denariorum Luce solidos viginti; et post penam solutam hoc instrumentum enphiteosin omni tempore in sua maneat firmitatem.

Actum in supradicto monasterio, [indictione supradic]ta.

Ego Wido monachus, presbiter et abbas manu mea scripsi.

Ego Landulfus diaconus et monachus manu mea scripsi.

Ego Iohannes subdiaconus et monachus manu mea scripsi.

Albertus Crassus, Ugo de Ansaldo, Guinizo filius Gerardi, Petrus Tursapullus, Guinibaldus de Boxo, et Armannus filius Ugizonis de Inguadiada, et Petrus Castaldio investitor rogati sunt testes.

Ego Bonandus tabellio in Dei nomine hoc instrumentum enphiteosin, ut supra legitur, firmavi et scripsi.

LVI (704).

Busta n. 31 970, n. 51. Pergamena di mm. 380 × 190. Originale.

Sentenza di Alberto Crasso e Manfredo causidici in una lite tra il monastero di S. Stefano e Enrado, figlio di Verardo.

Bologna, 1127, 14 maggio.

† In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo vigesimo septimo, pridie idus madii, indictione quinta. Dum Guido abbas sancti Stefani, presentibus Alberto Crasso causidico atque Mainfredo causidico et arbitris, asseverabat et conquerebat Enradum, filium Verardi, illicite invadisse medietatem sedii de Lava Calza, et omnes illas poissessiones, quas predictus abbas habebat infra curte Vederanae et in Mauratico; predictus vero Enradus dicebat se fecisse convencionem, permutacionem cum domno Alberto monacho sancti Stefani, ita ut predictus domnus Albertus acciperet pro his rebus omne quod ipse Enradus habebat in clausura sancti Stefani, in loco qui dicitur Casatico, et in quibusdam aliis locis in curte sancte Marie in Doni, et hac de causa prenominatus Enradus asserebat per iussionem domni Alberti monachi et se esset investitum ab eo de predicto sedio, et per ipsum sedium de omnibus aliis poissessionibus. Prefatus domnus Albertus monachus asseverabat se non fecisse ullam investicionem iam dicto Enrado nisi tantum de predicta medietate sedii; et ob hanc causam dicebat se ingressum in poissessionem eius rei quam ipse Enradus habebat in predicta clausuria sancti Stefani. Hec quidem Guandinellus quondam filius Bruni secundum quod domnus [Alber]tus dicebat firmiter afirmabat. Hec illis inter se altercantibus, prefatus Albertus Crassus et Mainfredus ab utraque parte arbitri electi, conscilio quam plurium sapientum laudaverunt prelibatum domnum Albertum monachum et Gualdinellum iu[rare] debere se nullam convencionem permutacionis perfecisse cum supradicto Enrado, neque de alia qualibet re investicionem fecisse ei nisi tantum modo de predicta medietate sedii de Lava Calza, et hac de causa se accepisse hoc quod Enradus habebat in supradicta clausura sancti Stefani. Quod sacramentum iam dictus Gualdinellus fecit atque domnus Albertus paratus fuit facere, sed prefatus Enradus ei dimisit; et insuper finem [fecit] domno Guidoni abbati eiusque fratribus et successoribus in perpetuum de hoc quod habebat in predicta clausura sancti Stefani, et de omnibus aliis rebus quas ipse,

ut predictum est, invaserat et de siliis eciam Lava Calze. Medietatem vero predicti sedii de Lava Calza, pro eo quod dedit prenominato domno abbati in clausuria sancti Stefani, accepit; et si ipse Enradus vel eius heredes de predictis rebus, seu de prefatis siliis Lava Calze, aut de hoc quod habebat in iam dicta clausura deinceps aliquo modo, quolibet interprete, contra supradictum abbatem et suos successores agere aut litigare presumserit, et predicta omnia firmiter observare semper noluerit, pene nomine, solidos centum denariorum lucensium iam dicto abbati suisque fratribus et successoribus dare promisit; et insuper predicta omnia semper incorupta se tenere stipulacione spopondit.

Hec omnia facta sunt laudacione predictorum arbitrorum et in eorum presencia et in presencia Rodulfi de Gua ***, Guiscardi de Burello, et Alberti de Petro de Uberto, et Angeli causidici et tabellionis, et *** et Raginerii quondam filii Lanberti de Beio, et Guidonis de Lanberto de Mundo, et Sergi, et Pelalucci, et Perticonis, et Armanni de Ugizone, et Gerardi Russi, et Bonandi de Roncoreo et Ildebrandi notarii, et Ranuxini de Ugo de Ansaldo, et Scannabicci, et Marchiselli de Rofeno filius Maioris de Guido de Arardo, et Ciciabo, et Gerardi de Fuscherardo, et Enrici filii Rolandi de Guarino, et Grimaldi filii Alberti de Gotifredo.

Angelus causidicus et tabellio huic sacramento et fini interfui.

Ego Albertus afui.

Ego Manfredus causidicus afui.

Ego Albertus afui.

Ego Guiscardus afui.

Ego Bonandus Tabellio huic rei interfui et scripsi.

LVII (705).

Busta n. 9915, n. 5. Pergamena di mm. 410 × 220. Originale.

Concessione livellaria di Vittore vescovo di Bologna a Ildebrando monaco addetto all' ospedale di S. Stefano in Claterna sopra una pezza di terra.

Bologna, 1128, 9 settembre.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anni eius millesimo centesimo vigesimo octavo, die nono mensis setembris, indictione sesta. Peto a te domno Victore gratia Dei venerabilis episcopus sancte bononiensis ecclesiae uti me Ildebrandus monachus abitator et serviens ospitale sancti Stephani, quod vocatur in Claterna, seu et in duobus successoribus meis, unum post unum, qui in ipso ospicium steterit et ibi servierit et moritur, per hanc cartam enfiteosin, nec

non a presenti die nobi concedere dignemini rem iuris sancte vestre bononiensis ecclesie: id est in plebe et loco sancti Stephani qui vocatur in Claerna, (1) in loco ubi dicitur Ronco Buttuni pecia una terra aratoria cum introitu et exitu suo usque in via plubica, et cum omnia super se et infra se abentem in integrum. A perticas decipeda mensurata: ab uno latere a sera perticas triginta sex iuxta terra iam dicto ospicio et via plubica que periit a Varegnana, alio latere a mane perticas decem et septe iuxta terra de monasterio de Moscito, item tercio latere a meridie perticas viginti quinque iuxta . . . . de Varegnana, quarto latere de suptus perticas viginti septem iuxta terra domicata predicto dominacione: et si quis aliis afines sunt, ipsa pecia terra do ego domnus Victor episcopus, sicut mensura designat, tibi Ildebrandus tuisque successoribus de iam dicto ospicio ad abendum, tenendum et poissidendum et quicquid tibi tuisque successoribus ipsius ospicio placuerit exinde faciendum; a salva iusticia dominica persolvendum. Et post expletis duobus successoribus tuis, unum post alium, de ipso ospicio calciarios dandum quarto in oc hordine renoventur; sic ita tamen ut exinde inferre debeam ego qui supra petitor meisque successoribus tibi donnus Victor episcopo tuisque successoribus, singulis quibusque indicionibus in festivitate sancti Petri que est in mense iunii, pensionis nomine, denariorum veronensium unum, ita, ut dictum est, pensio persolvatur. Et ego predicto donnus Victor gratia Dei episcopus meisque successoribus iam dicta pecia terra, sicut mensura et lateribus designat, tibi qui supra Ildebrandus monachus tuisque successoribus ospitale sancti Stephani, omni tempore, ab omni omine defensare et auctorizare promitto. Si qua vero pars contra hanc cartam enfiteosin ire temtaverit et non conservaverit in ea omnia, qualiter supra legitur, det pars partis, pene nomine, solidis triginta duo denariorum luccensium; et post penam solutam hanc cartam enfiteosin, sicut supra legitur, omni tempore in sua maneat firmitatem.

Actum in palacio sancti Petri, indictione supradicta sesta.

† Ego Victor episcopus manu mea scripsi.

Gierardus de Roberga de sancti Iohannis de Persecita, et Andreas qui dicitur Gatto de ipso loco sancti Iohannis de Persecita, et Gerardus clericus sancte bononiensis ecclesie filius Alberti Grassi causidicis, et Ugo Castaldionem investitore filius Iohannis de Pagano da Monteplano rogatis testibus.

† Ego Iohannes clericus primicerius et notarius sancte bononiensis ecclesie hanc enfiteosin, sicut supra legitur, scripsi, firmavi atque absolvi.

(1) Così dice il testo per *Claterna*.

LVIII (706).

Busta n. 9.945, n. 8. Pergamena di mm. 185 × 240. Originale.

Convenzione tra l'abate di Monte Armato e Guido abate di S. Stefano circa il possesso della chiesa di S. Gioranni in Valle di Lambro.

Bologna, 1129, 6 ottobre.

Anno Domini millesimo centesimo vigesimo nono, pridie nonas octobris, indictione septima. In presencia donni Iohannis presbiteri de Monte Armati, et donni Iohannis presbiteri de Vigorso, et Rolandi causidici de Teucio, et Rainerii de Atto, et Rusticelli de Bononio de Marzone, et Rolandini de Picitto; donnus Iohannes abbas sancte Marie de Monte Armati pro se et suis fratribus ac successoribus, nec non et donnus Wido abbas sancti Stefani pro se et pro suis fratribus et successoribus, inter se convenerunt de ecclesia sancti Iohannis de Valle de Lambro, et de omnibus rebus ad ipsam ecclesiam quolibet modo vel iure pertinentibus, tam infra tumbam quam extra tumbam ubicumque sint, communiter pro dimidio deinceps habere et tenere tam predictam ecclesiam quam etiam *** oratas res sive sint mobiles sive inmobiles. Sed et si quis eorum vel eorum successorum *** sicut est firmiter semper observare noluerit, penam centum solidorum Luce inter se invicem dare promiserunt; et insuper semper in hac convencione et obligacione se stare spoponderunt.

Actum apud ecclesiam sancti Stefani, indictione predicta.

Utrique prenominati donni abbates predicta omnia scribere rogaverunt.

Angelus his metris causidicus ista peregi,
Notarii signo subscribens more benigno.
Ego Iohannes abbas manu mea scripsi.

LIX (707).

Busta n. 9.945, n. 10. Pergamena di mm. 310 × 195. Originale guasto nel margine destro.

Concessione livellaria da Guido abate di S. Stefano a Pietro Saracino e a Michilda sua moglie sopra una terra con casa nel borgo di via Maggiore.

Bologna, 1129, novembre.

† In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo vigesimo nono, *** novembris, indictione septima.

Peticionibus emphiteocariis annuendo, ego quidem donnus Wido |gratia| Dei monasterii sancti Stefani abbas, hoc emphiteosin instrumento, renovacionis causa, presenti die, do et concedo tibi Petro Saracino et Michilde uxori tue vestrisque heredibus terram quandam cum casa super se habentem in burgo de super a strata Maiore nostri iuris, cum ingressu et egressu suo usque in via publica, et cum omnibus super se et infra se habentem in integrum. Finis cuius pede legittimo: iuxta stratam Maiorem sunt pedes octo et semis, iuxta vos emphiteocarios, que est |nostri| iuris, sunt pedes septem et semis, iuxta Cagalanam sunt pedes triginta septem, iuxta Albertum Ruvinatum sunt pedes triginta septem; et si qui alii fines sunt, omnia, ut predixi, in integrum, in presenti do vobis prenominatis emphiteocariis, vestrisque heredibus ad habendum, tenendum ac possidendum et quicquid vobis deinceps placuerit, salvo iure dominii, faciendum, heredibus comitis Alberti exceptis et omnibus servis. Et post vestram |tertiam progeniem exactam| libellus alius emphiteosin hoc ordine innovetur. Et huius rei nomine *** successoribus, pensionis gratia, denarios duos Venecie vos et vestri heredes exhibeant. Ego vero predictam |rem| semper legittime defendere et auctorizare vobis promitto; et si ego vel mei successores, |ut supra| dictum est, firmiter semper observare noluerimus, pene nomine, decem libras Luce dare **** heredibus promitto, et insuper hoc emphiteosin instrumentum, ut supra legitur, semper in|corruptum servare| spondeo.

Actum apud sanctum Stefanum, indictione predicta.

Prenominatus emphiteocarius hanc aperam, ut supra legitur, scribere rogavit.

Guido de Maurunto, Crescentius, Rainerius de Gisla, Caganido, Frandalinus rogati sunt testes.

Angelus his metris causidicus ista peregi,
Notarii signo subscribens more benigno.

LX (708).

Busta n. 31/970, n. 71. Pergamena di mm. 260 × 220 (nei lati maggiori). Originale guasto nel margine superiore sinistro.

Convenzione tra Adelaide e Baroso circa il godimento di acque nelle loro terre.

Bologna, 1130, gennaio.

*** [Anno Domini] millesimo centesimo trigesimo, mense ianuario, indictione octava. In presencia Henrici de Rolando, Ugonis de ***

ti de Bono. Petri de Albaro. Guidonis de Bonafante, Ugonis de Petro Mignano. Iohannis Boni *** Alberti de Petro notario; Adelax nurus Rodulfi de Ieremia, eo presente et consenciente, pro se et pro [suis here]dibus dedit et concessit et in commune misit Bavoso et eius omnibus heredibus capitales omnes, secundum quod tenet sua *** vel tam ex illa parte fluminis Sabine, quam ex ista, et fundum Sabine. Et insuper promisit se insimul cum Ba[voso] facere clusam pro dimidio et per suam terram dare aquam iam dicto Bavoso, et in suam terram ipsam aquam iterum recipere, et laborare ad clusam, et ad ipsam aquam perducendam secundum quod Bavosus laboraverit; nec in aliquo tempore, quolibet modo, contradicere Bovoso vel eius heredibus, aut tollet predictam aquam quominus iam dictus Bavosus ad sua molendina eam habeat. Et si ipsa Adelax, vel eius heredes, secundum quod predictum est, non laboraverit, et predicta omnia firmiter semper observare noluerit, tunc liceat Bovoso et eius heredibus secundum suum velle laboratores invenire, qui, secundum quod necesse et utile fuerit, pro porcione ipsius Adelacis cum Bavoso laborent. Et ipsa Adelax promisit se facere eis pactum de molendinis suis ad hoc, ut ipsi laboratores persolvant sibi aquaticum, secundum quod faciunt inferiora molendina de Aramis et de Ponte. Et si ipsa Adelax, vel eius heredes, pactum de molendinis suis, ut predictum est, facere noluerit laboratoribus, et predicta omnia firmiter observare noluerit, pene nomine, liceat Bovoso et eius heredibus tantum tollere de rebus ipsius Adelacis quod valeat decem libras Luce; et insuper hec omnia firmiter se observare semper promisit, et usque quod per ramum molendina fieri possunt sub predicta pena iam dicti capitales et ius faciendi clusam in fundo Sabine concessit Bavoso, ita ut ipse iam dictum aquaticum ei solvat. Prenominatus vero Bavosus pro se et pro suis heredibus promisit iam dicte Adelaci et eius heredibus se recipere aquam per ramum in suam terram, eamque dare ipsi Adelaci in suam terram, nec in aliquo tempore hanc aquam sibi contradicere nec vetare, et ad clusam competenter et utiliter laborare, et pro dimidio eam se firmiter facere promisit. Et si ipse Bavosus, vel eius heredes predicta omnia firmiter semper observare noluerit, pene nomine, decem libras Luce, iam dicte Adelaci et eius heredibus dare promisit; et insuper predicta omnia semper incorrupta se tenere spopondit.

Prenominata et Adelas et Bavosus predicta omnia, ut supra leguntur, scribere rogaverunt.

Angelus causidicus et tabellio huic obligacioni interfui et scripsi.

LXI (709).

Busta n. 9.915, n. 11. Pergamena di mm. 245 × 240 (dati maggiori). Originale mutilo nel margine sinistro.

Rinnovazione di concessione livellaria di Paolo abate di S. Stefano al chierico Angelo detto Gaudeamus sopra una terra in Cuniolo e Albarello.

Bologna, 1132, marzo.

[In nomine sancte] et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo trigesimo secundo, mense marcii, indictione decima. Peticionibus emphiteocariis annuendo, ego quidem domnus Paulus, Dei gratia abbas sancti Stefani, hoc emphiteosin instrumento, renovacionis causa, do et concedo tibi Angelo clerico, qui vocaris Gaudeamus, tuisque heredibus, peciam unam terre aratorie in Cuniolo et Albarello, cum ingressu et egressu suo usque in via publica, et cum omnibus super se et infra se habentem in integrum. Finis cuius pertica decimpeda mensuratus: a sero, iuxta viam sunt pertice quinquaginta una et pedes quattuor; a mane, iuxta Bonum fabrum et ingambaturiam, sunt pertice quinquaginta una et pedes duo; iuxta Rolandum clericum sunt pertice undecim; iuxta Ubaldum de Araldo sunt pertice duodecim et pedes tres. Ingambaturia vero iuxta predictam peciam sunt pertice tredecim, iuxta predictum Rolandum sunt pertice tredecim, iuxta predictum fabrum sunt pertice due et pedes duo, iuxta predictum Rolandum sunt pertice due et pedes tres; et si qui alii fines sunt, omnia, ut predixi, in integrum, in presenti [do] et concedo tibi prenominato emphiteocario, tuisque heredibus ad habendum, tenendum ac possidendum, et quicquid tibi deinceps placuerit, salvo iure dominii, faciendum, omnibus maioribus personis exceptis et eorum servis. Et post vestram terciam personam exactam, aliud emphiteosin instrumentum hoc ordine innovetur. Et huius rei nomine, michi et meis successoribus, pensionis gratia, singulis annis denarios duos veronenses, tu et tui heredes exhibeant. Ego vero predictam rem ab omni homine semper legittime defendere et auctorizare tibi et tuis heredibus promitto. Et si ego, vel mei successores predicta omnia firmiter semper observare noluerimus, pene nomine, centum solidos Luce dare tibi et tuis heredibus promitto, et insuper hoc emphiteosin instrumentum, ut supra legitur, semper incorruptum tenere spondeo.

Actum apud ecclesiam sancti Stefani, indictione predicta.

Prenominatus emphiteocarius hanc aperam, ut supra legitur, scribere rogavit.

Donnus Albertus presbiter de sancto Matheo, et Bonus Fantinus de sancto Rofillo, et Petrus de Ierardo investitor rogati sunt testes.

Angelus his metris causidicus ista peregi.

Notarii signo subscribens more benigno.

LXII (710).

Busta n. 9.915, n. 15. Pergamena di mm. 205 × 180. Originale.

Concessione livellaria di Paolo abate di S. Stefano ad Amedeo figlio di Giovanni sopra una terra a Croce del Biacco.

Bologna, 1132, agosto.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo trigesimo secundo, [mense] augusti, indictione decima. Peticionibus emphiteocariis annuentes, nos quidem Paulus Dei gratia abbas sancti Stefani, presenti die, presente et consenciente Petro de Androna, qui hanc feodum habebat, vendo tibi Amedeo, filio Boni Iohannis, tuisque heredibus peciam unam terre aratorie a Cruce de Biaqua, cum ingressu et egressu suo usque in via publica, et cum omnibus super se et infra se habentem in integrum. Finis cuius pertica decimpeda mensuratus: iuxta Bertolinam filiam Belli sunt pertice triginta unam et media, iuxta Manfredum de Petro de Corbolo sunt pertice triginta due, iuxta viam sunt pertice due tribus pedibus minus, iuxta magistrum Walfredum sunt pertice decem et tres pedes; et si qui alii fines sunt, omnia, ut predixi, in integrum, in presenti vendo tibi prenominato emphiteocario tuisque heredibus ad habendum, tenendum ac possidendum et quicquid tibi deinceps placuerit, salvo iure dominii, faciendum, omnibus maioribus personis exceptis et eorum servis. Et tuam terciam progieniem exactam, aliud emphiteosin instrumentum hoc ordine innovetur. Et huius rei nomine, michi et meis successoribus, pensionis gratia, singulis annis, denarios duos veronenses tu et tui heredes exhibeant. Ego vero predictam rem ab omni homine semper legittime defendere et auctorizare tibi et tuis heredibus promitto. Et si ego vel mei successores predicta omnia firmiter semper observare noluerimus, pene nomine, triginta solidos Luce dare tibi et tuis heredibus promitto: et insuper hoc emphiteosin instrumentum, ut supra legitur, semper incorruptum tenere spondeo.

Actum apud ecclesiam sancti Stefani, indictione predicta.

Prenominati emphiteocarii hanc aperam. ut supra legitur, scribere rogaverunt.

Petrus de Androna, Wido de Rodulfo, Iohannes Bonus Recuperatus, Iohannes de Placencia, Martinus de Boniverga, Petrus Castaldio rogati sunt testes.

Angelus his metris causidicus ista peregi,
Notarii signo subscribens more benigno.

LXIII (711).

Busta n. 9,945, n. 16. Pergamena di mm. 280 × 200. Originale.

Concessione livellaria di Paolo abate di S. Stefano ad Azo de Damianis e ai figli Pietro, Azone, Rusticello e Giovanni Buono sopra una terra sulla strada Maggiore.

Bologna, 1132, 19 ottobre.

† In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo trigesimo secundo, quarto decimo kalendas novembris, indictione decima. Peticionibus emphiteocariis annuendo, ego quidem domnus Paulus, gratia Dei abbas monasterii sancti Stefani, hoc emphiteosin instrumento, presenti die, renovacionis et vendicionis causa, do et concedo tibi Azo de Damianis in usufructu usque dum vixeris, ac Petro, et Azo, atque Rusticello, et Iohanni Bono germanis, filiis tuis vestrisque heredibus, terram quandam cum ingambaturia sua super stratam Maiorem, cum ingressu et egressu suo usque in via publica et cum omnibus super se et infra se habentem in integrum. Finis cuius pede legittimo mensuratus: iuxta fossatum sunt pedes sexaginta cum tribus semissis extra parietem, iuxta Guaragnolum et ingambaturiam sunt pedes similiter sexaginta, iuxta me dominacionem sunt pedes viginti quattuor, iuxta stratam cum ingambaturia sunt pedes triginta duo; et ipsa ingambaturia in longitudine ab utroque latere sunt pedes triginta sex, in capite iuxta Guaragnolum sunt pedes octo; et si qui alii fines sunt, omnia, ut predixi, in integrum, in presenti do vobis prenominatis emphiteocariis vestrisque heredibus ad habendum, tenendum ac possidendum, et quicquid vobis deinceps placuerit, salvo iure dominii, faciendum, ita ut semper ipsam terram iuxta nos clausam teneatis, nullum hostium vel portam a nostra parte habeatis. Et post vestram terciam progeniem exactam, aliud emphiteosin instrumentum hoc ordine innovetur. Et huius rei nomine michi et meis fratribus ac successoribus, pensionis gratia, singulis annis, denarium unum Luce vos et vestri

heredes exhibeant. Ego vero predictam rem ab omni homine semper legittime defendere et auctorizare vobis et vestris heredibus promitto. Et si ego vel mei fratres vel successores predicta omnia firmiter semper observare noluerimus, pene nomine, centum solidos Luce dare vobis et vestris heredibus promitto, et insuper hoc emphiteosin instrumentum, ut supra legitur, semper incorruptum tenere spondeo.

Actum apud sanctum Stefanum, indictione predicta.

Prenominatus emphiteocarius hanc aperam, ut supra legitur, scribere rogavit.

Bonusdies tabellio, et Ildebrandinus de Petro de Sabatino, Petrus de Alberto de Iuvelinda, Petrus Castaldio investitor rogati sunt testes.

Angelus his metris causidicus ista peregi,
Notarii signo subscribens more benigno.

LXIV (712).

Busta n. 35 971, n. 6. Pergamena di mm. 260×195. Originale in pessimo stato di conservazione, mutilo e frammentario.

Costituzione d'enfiteusi dell' abate di S. Stefano Paolo a . . . . di una terra in Varignana.

Varignana, 1133 (1).

*** super se et infra ***** lio possedet Liubo **** duobus lateribus vie *** ab uno latere possidet Vener **** Martino *** rente vel si qui alii adfines sunt, hoc, quod superius legitur, concedo tibi in integrum ad abendum ***; et non liceat tibi petitrici vel tuis heredibus vendere hanc rem vel alienare nisi mihi do|minacioni vel meis| successoribus, et si iustum precium dare noluero tunc liceat tibi vel tuis heredibus vendere vel alienare ***** plebe excepto heredes Bonifacii et illorum servos salva iusticia dominica persolvendum; et post completos filios et nepotes vestros calciarios dandum et aliud instrumentum henfiteosin in hoc ordine renovetur **** pensionis nomine in denarios Luce, ut dictum est, pensio persolvatur. Et ego donnus

(1) Il documento quantunque non abbia che una imperfetta indicazione cronologica è sicuramente dell'anno 1133. Il nome dell'abate Paolo si trova nelle carte di S. Stefano dall'anno 1132 all'anno 1142. Durante questo tratto di tempo l'indizione undecima cade nell'anno 1133.

Paulus abbas et pro |meis con|fratribus et successoribus hoc, quod superius legitur, auctorizare et defensare promitto sub pena dupli.

Actum in castro Varignana, indictione supradicta undecima.

Donnus Paulus abbas hanc cartam henfiteosin fieri rogavit.

Presbiter Aimaldus investitor, et Albertus Viviani, et Ruzerius Gerardi, et Guido Ugonis, et Guitone, et Bernardinus filius eius, et Liubo, et Baldinellus filius *** et Odaldus filius eius, et Baldolus de sancto Casiano, et Guido filius Oddi, et Pe|trus? presbi|tero causidicus rogati testes fuerunt.

† Ego Petrus sacri palacii notarius de Varignana rogatus hanc cartam henfiteosin ma|nu mea scripsi|.

LXV (713).

Busta n. 33 969, n. 62. Pergamena di 400 × 185. Originale. Il documento qui riportato si trova in fondo alla pergamena, dopo un altro rogito notarile che è una vendita fatta nel 1092 ai coniugi Alberto e Berta.

Transazione tra Paolo abate di S. Stefano e Adelaide moglie di Ardingo, circa controversie tra essi esistite a proposito di certe terre.

Bologna, 1134, 6 febbraio.

Anno Domini millesimo centesimo trigesimo quarto, octavo idus februarii, indictione duodecima. In presencia Martini Navonis et Ugolini filii Carionis et Boni Iohannis Cagainbraca et Attolini de Birulfo, Adelax uxor Ardingi pistoris presente et consenciente ipso Ardingo pro se et pro suis heredibus acceptis quattuordecim solidis lucensibus a donno Paulo abbate sancti Stefani fecit finem et transaccionem predicto domno abbati eiusque fratribus et successoribus in perpetuum de pecia terre aratorie in *Lavatur* (?) unde supra in hac carta legitur. Ut nullam litem nullamque controversiam de hac re prenominatus domnus abbas vel eius fratres aut successores eius ab ea vel ab eius heredibus sustineant. Et si ipsa Adelax vel eius heredes predicta omnia firmiter semper observare noluerint, pene nomine, centum solidos lucenses domno Bononio monacho, accipienti hoc et stipulanti pro predicto abbate et eius successoribus, dare promisit; et insuper predictam finem semper incorruptam se tenere spopondit.

Actum in mercato maiore, indictione predicta.

Angelus causidicus et tabellio huic fini et transaccioni interfui.

LXVI (714).

Busta n. 9'945, n. 20. Pergamena di mm. 285 × 140. Originale un po' guasto.

Concessione livellaria di Paolo abate di S. Stefano a Domenico figlio di Alberto, ad Ermengarda sua moglie e ai figli Daniele e Guglielmo, sopra porzioni di terra boschiva in S. Martino di Pozzatello.

Bologna, 1134, 15 luglio.

† In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo trigesimo quarto, idus iulii, indictione duodecima. Peticionibus emphiteocariis annuendo, ego quidem donnus Paulus Dei gratia abbas sancti Stefani presenti [die iure] emphiteosin vendo tibi Dominico filio Alberti de Oliveri et Hermengarde uxori tue terciam porcionem, atque Danieli et Wilielmo germanis filiis predicti Alberti, vetrisque heredibus duas porciones unius pecie terre beduste in loco qui dicitur sanctus Martinus in Pozatelle, cum ingressu et egressu suo usque in via publicam et cum omnibus super se et infra se habentes in integrum. Finis cuius pertica decimpedam mensuratus: iuxta viam sunt pertice viginti, iuxta canonicos sancti Victoris sunt pertice decem et novem, iuxta Albertum de Marzolo sunt pertice undecim; ab alia via sunt pertice quattuordecim, et si qui alii fines sunt, omnia, ut predixi, in presenti vendo vobis prenominatis emphiteocariis, vestrisque heredibus ad habendum, tenendum ac possidendum et quicquid vobis deinceps placuerit, salvo iure dominii, faciendum, omnibus maioribus personis exceptis et eorum servis. Et post vestram terciam personam exactam, aliud emphiteosin instrumentum hoc ordine innovetur. Et huius rei nomine michi et meis successoribus, pensionis gratia, singulis annis, denarium unum veronense vos et vestri heredes exhibeant. Ego vero predictam rem ab omni homine semper legittime defendere et auctorizare vobis et vestris heredibus promitto. Et si ego vel mei successores predicta omnia firmiter semper observare noluerimus, pene nomine, decem solidos Luce dare vobis et vestris heredibus promitto; et insuper hoc emphiteosin instrumentum, ut supra legitur, semper incorruptum tenere spondeo.

Actum apud sanctum Stefanum, indictione predicta.

Prenominati emphiteocarii hanc aperam, ut supra legitur, scribere rogaverunt.

Ugo faber, Vindolinus de Ildebrando de Dulcina, Aimericus filius Bonandi de Ronco Reo, Petrus Castaldio investitor rogati sunt testes.

Angelus his metris causidicus ista peregi,
Notarii signo subscribens more benigno.

LXVII (715).

Busta n. 9 945, n. 21. Pergamena di mm. 300×220. Originale offeso dall' umidità.

Vendita di terre da Paolo abate di S. Stefano a Guido di Lamberto.

Bologna, 1135, gennaio.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo trigesimo quinto, mense ianuario, indictione tercia decima. Ego quidem donnus Paulus, gratia Dei abbas monasterii sancti Stefani, presente et consentiente donno Petro monacho, et donno Bononio monacho, et donno Rodulpho, et donno Iohanne, et donno Alberto, propter vineam filiorum Ierardi de Atto quam tu dominus Wido de Lamberto comperasti nobis in clausuram nostram de sancto Rofillo, idcirco in presenciarum, communi omnium nostrorum fratrum conscilio, damus tibi prenominato Widoni *** vestrisque heredibus in perpetuum omnes nostras [possessiones et dominaciones] atque iura que [nobis pertinent] ab illa parte fluminis Reni, a cruce de sancto Vitale in iosum, excepta pensione ale sancti Archangeli et exceptis filiis Petri, ergo usque dum constiterit eos servire nobis velle, secundum morem regionis, et exceptis his pensionibus que occulte et nobis ignorantibus tenentur; de his vero damus vobis medietatem, eorum scilicet que vestra prudentia et nostro vivamine recuperate deinceps fuerint. Aliam autem medietatem istarum pensionum a vobis inventarum, in presenti damus vobis, ita ut solvatis nobis id quod unus vir fidelis et unus vir comuniter laudaverint. Hec vero omnia predicta, secundum quod supra legitur, et filios Petri ergo, postquam servire nobis noluerint, damus vobis prenominatis Widoni et Itte uxori tue vestrisque heredibus ad habendum, tenendum ac possidendum et exigendum, et quicquid vobis deinceps placuerit faciendum: ut nullam litem nullamque controversiam a nobis vel a nostris successoribus, predictarum rerum nomine, quolibet modo, aliquo interprete, vos vel vestri heredes sustineant. Ab omni quoque homine predictas res semper legittime defendere et auctorizare vobis promittimus. Et si ego prenominatus donnus abbas vel mei successores predicta omnia firmiter

semper observare noluerimus, pene nomine, decem libras Luce dare vobis et vestris heredibus promitto; et insuper hoc instrumentum, ut supra legitur, semper incorruptum tenere spondeo.

Actum in capitulo monachorum sancti Stefani, indictione predicta.

Prenominatus donnus abbas presentibus predictis monachis et consencientibus, hoc instrumentum, ut supra legitur, scribere rogavit.

Petrus de Carundo *** investitor, Albertus Bivagnus rogati sunt testes.

Angelus his metris causidicus ista peregi,
Notarii signo subscribens more benigno.

LXVIII (716).

Busta n. 9 945, n. 22. Pergamena di mm. 140×160. Originale guasto nel margine destro.

Vendita di terreni da Ugo di Ramberto all'abate Paolo del monastero di S. Stefano.

Bologna, 1135, giugno.

Anno Domini millesimo centesimo trigesimo quinto, mense iunii, [indictione] terciadecima. Testis **** de Petro de Clarissimo, et Donandrea filius eius, et Iohannes Bonus de Alberto. Cartam [vendicionis proprie]tatis et possessionis in perpetuum fecit Ugo de Ramberto de omne quod habet in Elerario a capite pet **** Centonariam, et de omne quod ecclesia sancti Stefani de casa sua habet, et quod deinceps quoli[bet modo] ab aliquo adquisierit in nomine domni Pauli abbatis sancti Stefani et eius fratrum ac successorum, sub pena centum solidorum Luce, et defensare et hanc cartam semper firmam tenere.

Angelus causidicus et tabellio hec scripsit.

LXIX (717).

Busta n. 35 971, n. 11. Pergamena di mm. 230×210. Originale in pessimo stato di conservazione con il margine sinistro corroso dall'umidità.

Rinnovazione di concessione livellaria di Paolo abate di S. Stefano a Vitale di Martino Abrazasancto e Imilde coniugi sopra una casa.

Bologna, 1136, 28 marzo.

† In nomine [sancte et individue Trinitatis]. Anno Domini millesimo centesimo trigesimo sexto, quinto kalendas aprilis, indictione

quarta decima. [Peticionibus emphi]teocariis annuendo, ego quidem donnus Paulus, Dei gratia abbas sancti Stefani presenti *** concedo tibi Vitale de [Mar]tino Abrazasancto et Imilde uxori tue vestrisque [heredibus] *** seralia super stratam Maiorem, cum ingressu et egressu suo usque in viam publicam *** habentem in integrum. Finis cuius pede legittimo mensuratus: iuxta Petrum *** sunt pedes quadraginta, a strata sunt pedes novem *** et si qui alii finessunt, omnia ut predixi, renovacionis causa in presenti do [et concedo vobis] vestrisque heredibus ad habendum, tenendum ac possidendum et quicquid vobis deinceps [placuerit faciendum], omnibus maioribus personis exceptis, et eorum servis. Et post vestram ter[ciam progeniem peractam] instrumentum hoc ordine innovetur. Et huius rei nomine *** singulis annis, denarios duos Venecie vos et vestri heredes exhibeant. [Ego vero predictus abbas predictam rem] legittime defendere et auctorizare vobis et vestris heredibus pro[mitto *** Et si pre]dicta omnia firmiter semper observare noluerimus, pene nomine, quadraginta *** [vobis vestrisque] heredibus promitto; et insuper hoc emphiteosin instrumentum, ut supra legitur, semper incorruptum tenere spondeo.

Actum apud sanctum Stefanum, indictione predicta.

Prenominatus enphiteocarius hanc aperam, ut supra legitur, scribere rogavit.

*** Ugizone Grevarmatus, Crescencius de super strata rogati sunt testes.

Angelus his metris causidicus ista peregi,
Notarii signo subscribens more benigno.

LXX (718).

Busta n. 10'946, n. 2. La pergamena è la stessa del documento LXXVII (725).

Rinunzia di Guido di Puzzola a favore di Paolo abate di S. Stefano di ogni pretesa sopra una terra presso il Savena.

Bologna, 1136, giugno.

Anno Domini millesimo centesimo [trigesi]mo sexto, mense iunii, indictione quartadecicima (1). In presencia Teucii Castaldio, Reco *** Guido de Castenase, Ugo Tignosi, cartam refutacionis fecit Guido de Puzola [de ter]ra vacua iuxta Sabinam in nomine donni Pauli abbatis sancti Stefani, et eius fratrum ac successorum sub pena centum solidorum Luce et defensionis.

Angelus causidicus et tabellio hec scripsit.

(1) Così ha il testo.

LXXI (719).

Busta n. 9945, n. 25. Pergamena di mm. 275×245. Originale. Lo stesso documento con pochissime varianti si trova ancora in una pergamena della Busta n. 35971, n. 13.

Rinnovazione di concessione livellaria di Paolo abate di S. Stefano a Benedetto di Minuta sopra un terreno in Viadagola.

Viadagola, 1136. luglio.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo trigesimo sexto, mense iulii, indictione quartadecima. Peticionibus emphiteocariis annuendo, ego quidem donnus Paulus, Dei gratia abbas sancti Stefani, hoc emphiteosin instrumento, renovacionis causa, do et concedo tibi Benedicto de [Minuta] tuisque heredibus peciam unam terre aratoriam in Vitaliacula nostre ecclesie iuris, cum ingressu et egressu suo usque in viam publicam et cum omnibus super se et infra se habentem in integrum. Ab uno latere a Petro de Borello sunt pertice octo et pedes quattuor et semis, a te ipso sunt pertice novem et media, a limite sunt pertice quinque uno semisso minus, ab herede de Ginibaldi sunt pertice quattuor tribus semissis minus, et si qui alii fines sunt omnia, ut predixi, in presenti do et concedo tibi prenominato emphiteocario tuisque heredibus ad habendum, tenendum ac possidendum, et quicquid tibi deinceps [placuerit] in perpetuum, salvo iure dominii, faciendum, omnibus maioribus personis exceptis et eorum servis; et post vestram terciam personam exactam, aliud emphiteosin instrumentum hoc ordine innovetur. Et huius rei nomine, michi et meis successoribus, pensionis gratia, denarium unum Venecie, singulis annis tu et tui heredes exhibeant. Ego vero predictam rem semper legittime defendere et auctorizare ab omni homine tibi et tuis heredibus promitto. Et si ego [vel mei] successores predicta omnia firmiter semper observare noluerimus, pensionis nomine, viginti solidos Luce dare tibi et tuis heredibus promitto; et insuper hoc emphiteosin instrumento, ut supra legitur, semper incorruptum tenere spondeo.

Actum in Vitaliacula, indictione predicta.

Prenominatus emphiteocarius hanc aperam, ut supra legitur, scribere rogavit.

Donnus Andreas presbiter et . . . . . Castaldus investitor, Pesantus rogati sunt testes.

Angelus his metris causidicus ista peregi.

Notarii signo subscribens more benigno.

LXXII (720).

Busta n. 9 915, n. 26. Pergamena 265×210. Originale corroso nel margine sinistro.

Concessione livellaria di Rodolfo abate di S. Bartolomeo in Musiano a Vicino prete sopra il fondo Canito e altri terreni.

Bologna, 1136, luglio.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo trigesimo sexto, mense iulii, indictione quartadecima. Peticionibus emphiteocariis annuendo, ego quidem donnus Rodulfus Dei gratia abbas sancti Bartholomei de Musiliano hoc emphiteosin instrumento presenti die do tibi donno Vicino presbitero, accipienti in honorem Dei et ecclesie sancte Marie de Palagrina tuisque successoribus usque ad sexaginta annos expletos, omne scilicet decimum [quod predicta] ecclesia sancti Bartholomei solita est habere in fundo Canito, sicuti decurrit rivus inter Albertum de Bonat[ello et] clausuram heredum Azonis de Imiza et via publica, usque ad mansionem Iohannis de Canito et usque ad rivum *** peratello et rivum Marroni. Similiter do tibi terram et vineam quam adquisisti in ipso fundo infra predictam **** heredibus Iohannis de Riolo, in clausura Ursonis Fabri, atque do tibi in predicto fundo quinque porciones unius **** ab uno latere cuius possidet Rodulfinus de Winizo de Alberto et fiunt pertice quindecim et media, et media a ruf **** sunt pertice quattuordecim et pedes septem et semis, a via sunt pertice viginti quinque, a te emphiteocario sunt pertice septem et pedes tres; infra hos fines quinque porciones in integrum. Et insuper omne quod predicta ecclesia sancte Marie per antiquum tempus habet et possidet, in presenti do et concedo tibi ad honorem et utilitatem prescripte ecclesie accipienti tuisque successoribus ad habendum, tenendum ac possidendum et quicquid eidem ecclesie necesse fuerit deinceps faciendum, heredibus comitis Alberti exceptis et eorum [servis]. Et post finitum predicti temporis spacium, datis michi et meis successoribus viginti quattuor denariis Luce, aliud emphiteosin instrumentum hoc ordine innovetur. Et harum rerum nomine michi et meis successoribus, pensionis gratia, denarios duos Luce, singulis annis, tu et tui successores exhibeant. Ego vero predictas res ab omni homine semper legittime defendere et auctorizare tibi tuisque successoribus promitto, et si ego vel mei successores omnia, ut predictum est, firmiter semper

observare noluerimus, pene nomine, ** solidos Luce dare tibi et tuis successoribus promitto: et insuper hoc emphiteosin instrumentum, ut supra legitur, semper incorruptum tenere spondeo.

Actum apud sanctum Iohannem in Monte, indictione predicta.

Prenominatus emphiteocarius hanc aperam, ut supra legitur, scribere rogavit.

Enricus presbiter, Rainerius de Rustico, Petrus clericus de Azoroso, Grimaldus investitor, Winizittus frater eius rogati sunt testes.

Angelus his metris causidicus ista peregi,
Notarii signo subscribens more benigno.

LXXIII (721).

Busta n. 9/945, n. 28. Pergamena di mm. 280×190. Originale rotto nel margine sinistro.

Permuta di terreni da Dalmazio di Alberto e Manfredo di Pietro a Martino monaco di S. Maria in Strada.

Bologna, 1137, febbraio.

[In nomine sancte et individue] Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo trigesimo septimo, die *** februarii, indictione quintadecima. Constat nos Dalmacium de Alberto *** sum Leone de Blattera, et Coppa, et Manfredum filium Petrum de Cor*** et Albertum iudicem hoc permutacionis instrumento, presenti die, damus et tradimus tibi domno Martino monacho ecclesie sancte Marie de vico Panigale tuisque confratribus et successoribus in perpetuum: idest tres pecias terre aratorie in loco qui vocatur Desertito, et in clusura que est prope predicta ecclesia in vico Panigale, et in loco qui vocatur Busitulo cum ingressu et egressu earum usque in via publica, et cum omnibus super se et infra se habentibus in integrum. Confines vero cuius tocius esse videtur: prima pecia que est positam in loco Desertito: a tribus lateribus possidet predictus acceptor, quarto latere desuper currit vian publicam. Secunda pecia que est in clusura in vico Panigale, prope ecclesia sancte Marie: a tribus lateribus continet terram predictam ecclesiam, quarto vero latere currit stratam publica a latere a sero. Tercia pecia que est positam in loco Busitulum: de subto continet terram predictam ecclesiam et Petrum de Penalberto et filius Bonaldus, a meridie posidet heredes Petrus de Martinus, a mane possidet Malfarai et Guelfus, a sero continet vian publicam; et si qui alii confines sunt, omnia ut prediximus, in integrum pro duabus peciis terre aratorie quas nobis dedisti in vico Panigale et

in loco Carpinello, in presenti damus et tradimus tibi permutator et tuis confratribus et successoribus in perpetuum ad habendum, tenendum ac possidendum et quicquid tibi deinceps placuerit tuo nomine faciendum. Ut nullam litem nullamque controversiam huius rei nomine a nobis vel a nostris heredibus deinceps, quolibet modo, aliquo interprete, tu prememoratus acceptor vel tui successores sustineant, ab omni vero homine hanc predictam rem legitime defendere et auctorizare semper tibi tuisque successoribus promittimus; et si nos vel nostri heredes predicta omnia firmiter semper observare noluerimus, pene nomine, solidos centum Luce vobis et vestris successoribus dare promittimus, et insuper hoc permutacionis instrumentum, ut supra legitur semper incorruptum tenere spondimus.

Actum hoc Bononie, indictione predicta.

Prenominati permutatoris hoc permutacionis instrumentum, ut supra legitur, scribere rogaverunt.

Albertus de Morandus investitore, et Rainerius de Henrico, et Petrus Lupo, et Guido fratri suo, et Girardozus, et Ugo de Bonasia rogati sunt testes.

Ego Ugo notarius filius Iohannis tabellionis hoc permutacionis instrumentum, ut supra legitur, [scripsi] et firmavi.

LXXIV (722).

Busta n. 35/971, n. 14. Pergamena di mm. 350×155. Originale un po' offeso nel margine sinistro.

Rinunzia di Widotto e.... figli di Pietro a favore di Paolo abate di S. Stefano e a Pietro Garisindo di ogni pretesa sopra certi mulini.

Bologna, 1137, giugno.

Anno Domini millesimo centesimo trigesimo septimo, mense iunii, indictione quintadecima. In presencia *** us Cagamanco, et Hengezionis et Ursonis filii Angeli Garisindi, Widottus et **** randinus germani filii Petri de Sabatino pro se et pro eorum heredibus fecerunt finem et refutacionem domno Paulo abbati sancti Stefani et Petro Garisindo et eorum successoribus in perpetuum de omni iure et accione quam quolibet modo, aliqua ex causa asseverabant se habere in molendinis que dicebantur de Albericis et nunc sunt predicti abbatis et Petri Garisindi. Ut nullam litem, nullamque controversiam prenominatus domnus abbas vel Petrus aut eorum successores [qualib]et ex causa seu reditus cuiuslibet nomine a predictis fratribus vel ab

eorum heredibus deinceps sustineant. Et si predicti fratres aut eorum heredes prescripta omnia firmiter semper observare noluerint, [pen]e nomine, centum solidos Luce iam dicto abbati et Petro eorumque successoribus dare promiserunt; et in[super hanc] finem, ut supra legitur, semper incorruptam se tenere spoponderunt.

Actum apud sanctum Ste[fanum].

[Angelus causidicus, sicut supra] legitur, scribere rogatus.

LXXV (723).

Busta n. 35/971, n. 11. Originale. È nella stessa pergamena del documento LXXIV (722).

Obbligazione assunta da Geremia di Arardo, Guizardo, Ugo e Paltrone di Widone di Bonafante, Wido etc. di rispettare e far rispettare a favore di Paolo abate di S. Stefano e di Pietro Garisindo il godimento di certe acque derivate dal Savena.

Bologna, 1137, novembre.

Anno Domini millesimo centesimo trigesimo septimo, mense novembris, indictione quintadecima. In presencia domni Sigizonis presbiteri et domni Alberti presbiteri sancti Stefani, Ieremias de Arardo, Guizardus *** rario Ugo et Paltro germani filii Widonis de Bonafante, Wido Calmanzare, Ugo Manzo, Petrus Trivilinus, Arardus de Martino de Rigiza, et Rolandus gener eius, et Leo de Poto, et Dux frater eius, Wido Kero, Ierardus de sancto Donato, Petrus de Bonpetro, hii omnes pro se et pro eorum heredibus stipulacione promiserunt domno Paulo abbati sancti Stefani et Petro Garisindo et eorum successoribus in perpetuum, nec in facto nec in conscilio, deinceps quolibet modo esse ut aquam fluminis Sabine a capitalibus predicti donni abbatis et Petri in iosum aliquis tollat extra ipsum flumen; et si quis tollere voluerit per bonam fidem ei contradicent et predicto abbati et Petro et eorum successoribus adiuvabunt ipsi et eorum heredes; et si ipsi vel eorum heredes predicta omnia firmiter semper observare noluerint, pene nomine, viginti libras Luce unusquisque eorum iam dicto abbati et Petro et eorum successoribus stipulacione dare promiserunt: et in hac obligacione semper permanere spoponderunt.

Hec quidem omnia predicti omnes sacramento firmaverunt.

Angelus causidicus et tabellio hec scripsit.

LXXVI (724).

Busta n. 35,971, n. 11. Originale. Nella stessa pergamena del documento LXXIV (722).

Obbligazione assunta da Bavoso e Nordilo suo figlio verso Paolo abate di S. Stefano di rispettare il godimento dell'acqua da essi derivata dal Savena.

Bologna, 1137, dicembre.

Anno Domini millesimo centesimo trigesimo septimo, mense decembri, indictione quintadecima. In presencia domni Alberti presbiteri, et Ursonis filii Angeli Garisindi, et Ansaldi Crusicela: Bavosus et Nordilus filius eius pro se et pro eorum heredibus promiserunt domno Paulo abbati sancti Stefani et Petro Garisindo et eorum successoribus in perpetuum se nullo modo daturos aquam fluminis Sabine alicui per suam terram aut per eorum capitales extra alveum fluminis, neque aliquod edificium in suam ter|ram| et in eorum capitales facere, quod, quolibet modo, aliquo interprete noceat molendinis predictorum abbatis et Petri Garisindi. Et si ipsi vel eorum heredes predicta omnia firmiter semper observare no|luerint, pe|ne nomine, viginti libras Luce iam dictis abbati et Petro et eorum successoribus stipulacione dare spoponderunt. Hec quidem omnia predictus Bavosus et eius filius sacramento firmaverunt; et insuper spoponderunt hanc obligacionem semper se tenere incorruptam et quod pro feudo ab abbate acceperunt annuentes.

Angelus causidicus et tabellio hec scripsit.

LXXVII (725).

Busta n. 10,916, n. 2. Pergamena di mm. 410×200. Originale in buono stato di conservazione.

Vendita di beni da Ermengarda moglie di Pietro Bonpetro a Paolo abate di S. Stefano.

Bologna, 1142, 1 aprile.

Anno Domini millesimo centesimo quadragesimo secundo, kalendas aprilis, indictione quinta. In presencia Petri Garisindi, Crassus de Clerico de Isavea, Bondie, Sassarolo frater eius, Saracinus, Albertus presbiter, cartam vendicionis in perpetuum fecit Hermengarda uxor Petri de Bonpetro eo presente et consenciente de omne quod habet

et tenet et sibi pertinet in Veza, in braida sancti Stefani, in nomine donni Pauli abbatis sancti Stefani eiusque fratrum et successorum in perpetuum sub defensione et pena dupli.

Angelus causidicus et tabellio hec fecit.

LXXVIII (726).

Busta n. 9 945, n. 22. Originale. Nella stessa pergamena ove è il documento LXVIII (716).

Vendita di terreni dalla figlia di Ildebrando di Gozio a Landolfo monaco di S. Stefano.

Bologna, 1143, maggio.

Mense maio, indictione sexta. Testis donnus Lambertus presbiter de Bonzo, et donnus Albertus presbiter sancti Stefani, et Guilielmi cognati Fornitti, et Ugolini de Petro Rando. Cartam ven|dicionis fecit] *** filia Ildebrandi de Gocio de sua porcione que est medietas unius pecie terre iuxta [***]nem de Ramberto in Elerario in nomine donni Landulfi monachi sancti Stefani et eius fratrum ac successorum in perpetuum sub defensione et pena viginti solidorum Luce, et hanc cartam semper firmam tenere.

Anno Domini millesimo centesimo quadragesimo tertio.

Angelus causidicus et tabellio hec scripsit.

LXXIX (727).

Busta n 10 946, n. 2. Originale. La pergamena è la stessa del n. LXXVII (725).

Vendita di Adelaide di Rodolfo al monaco Bononio di beni in Veza.

Bologna, 1143, giugno.

Anno Domini millesimo centesimo quadragesimo tertio, mense iunii, indictione sexta. In presencia Alberti presbiteri, Chonradi Tursapulli, Ursonis Garisindi, Rodulfi Fasoli, Panefava, Paltro filius Ugo, Guidonis de Bonafante, cartam vendicionis in perpetuum fecit Adelax filia Rodulfi de Petro de Guido de omne quod habet in Veza iuxta monachos sancti Stefani in nomine donni Bononii monachi et suorum fratrum et successorum in perpetuum sub defensione et pena dupli.

Angelus causidicus et tabellio hec scripsit.

LXXX (728).

Busta n. 10/946, n. 2. Originale. La pergamena è la stessa del documento LXXVII (725).

Vendita di terreni da Pietro di Ferro e Vinciguerra di Bonifredo all'abate Bononio di S. Stefano.

Bologna, 1141, giugno.

Anno Domini millesimo centesimo quadragesimo quarto, mense iunii, indictione septima. In presencia Alberti presbiteri, et Alberti de Ricardo, et Leccaboca, et Tinaci, cartam vendicionis proprietatis in perpetuum fecit Petrus de Ferro, et Vinciguerra filius Ugonis de Bonifredo de omne quod ecclesia sancti Stefani huc usque ab eis per emphiteosin habuit in Vitaliacula in nomine domni Bononii abbatis sancti Stefani, et eius fratrum ac successorum in perpetuum sub defensione et pena dupli.

Angelus causidicus et tabellio hec scripsit.

LXXXI (729).

Busta n. 10/946, n. 8. Pergamena di mm. 195×175. Originale. Ha i caratteri ormai scomparsi.

Concessione livellaria da Bononio abate di S. Stefano a Giovanni Buono e a sua figlia Guinichilda per una metà e a Aimerico e Beltruda sua moglie per l'altra metà sopra terreni posti in Gazo.

Bologna, 1145, maggio.

† In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo quadragesimo quinto, mensis maii, indictione octava. Peticionibus emphiteocariis annuendo ego quidem donnus Bononius gratia Dei abbas sancti Stefani, presenti die, iure emphiteosin vendo tibi Iohanni Bono et Ginichilde filie tue vestrisque heredibus medietatem, atque Aimerico et Beltrude uxori tue vestrisque heredibus aliam medietatem unius pecie terre vineate in Gazo cum omnibus super se et infra se habentem in integrum. Habens a Bono Mar[ti]no Pontega perticas triginta quinque, ab herede Morandi perticas triginta tres et pedes quattuor, a vobis emptoribus sunt pertice tredecim et pedes tres; ab . . . sunt pertice tredecim et pedes tres: omnia, ut predixi, in presenti do vobis prenominatis emphiteocariis vestrisque heredibus

ad habendum, tenendum ac possidendum et quidquid vobis deinceps placuerit, salvo iure dominii, faciendum: et post vestram terciam progeniem exactam aliud emphiteosin instrumentum hoc ordine innovetur. Et huius rei nomine mihi et meis successoribus, pensionis gratia, denarios duos Venecie vos et vestri heredes exhibeant. Ab omni vero homine predictam rem semper legittime defendere et auctorizare vobis et vestris heredibus promitto. Et si ego vel mei successores predicta omnia firmiter semper observare noluerimus, pene nomine, centum solidos Luce dare vobis et vestris heredibus promitto; et insuper predicta omnia semper incorrupta tenere spondeo.

Actum apud ecclesiam sancti Stefani, indictione predicta.

Prenominati emphiteocarii hanc aperam, ut supra legitur, scribere rogaverunt.

Albertus presbiter, Vituperatus, Boccasancta, Ugolinus de Pizolo, Henricus de Bonbello rogati sunt testes.

Angelus his metris causidicus ista peregi,
Notarii signo subscribens more benigno.

LXXXII (730).

Busta n. 35 971, n. 23. Pergamena di mm. 230 × 170. Originale bucato nel mezzo e con il margine sinistro offeso.

Rinnovazione di concessione livellaria di Bononio abate di S. Stefano a Vinilinda di Maria e a Bonilda e Lorenza di Clariza sopra una terra in Pereto.

Bologna, 1145, maggio.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo quadragesimo quinto, mense maii, indictione octava. Peticionibus emphiteocariis annuendo ego quidem domnus Bononius gratia Dei abbas sancti Stefani, renovacionis causa, presenti die do et concedo tibi Vinilinde filie Marie medietatem, atque Bonilde et Laurenze germanis filie Clarize vestrisque heredibus aliam medietatem unius pecie terre in Pereto iuxta Danielem et Zenalem et ecclesiam sancti Emiliani et Daniuzolum atque Gracianellum et via vero iuxta Michaele. Omnia, ut predixi, in presenti do vobis prenominatis emphiteocariis vestrisque heredibus ad habendum, tenendum ac possidendum et quidquid vobis deinceps placuerit, salvo iure dominii, faciendum; et post vestram terciam progeniem exactam aliud emphiteosin instrumentum hoc ordine innovetur. Et huius rei nomine mihi et meis successoribus, pensionis gratia, singulis annis denarium unum vero-

nense ***** vos et vestri heredes exhibeant. Ego vero predictam rem ab omni homine legittime defendere et auctorizare vobis et vestris heredibus promitto. Et si ego vel mei successores predicta omnia firmiter observare noluerint, pene nomine, quadraginta solidos Luce dare vo[bis vestrisque her]edibus promitto; et insuper predicta omnia semper incorrupta tenere spondeo.

[Actum apu]d sanctum Stefanum, indictione predicta.

Prenominatus domnus abbas hoc enphiteosin instrumentum, ut supra legitur, scribere rogavit.

Raimundus faber, Rambertinus de Bonzanello, Gratianellus Fariseus, Gibertus Rasicio rogati sunt testes.

Angelus his metris causidicus ista peregi,
Notarii signo subscribens more benigno.

LXXXIII (731).

Busta n. 35/971, n. 24. Pergamena di mm. 255×290. Originale mutilo con il margine superiore leso.

Concessione livellaria di Bononio abate di S. Stefano ad Ansaldo causidico e Guido figlio di Gerardo, Ugo di Pietro, Rustico visconte e Carando di Leone di Carando, sopra alcuni terreni in Budrio.

Budrio, 1146, 1 aprile.

In nomine sancte et individue Trinitatis. [Anno] Incarnationis Christi millesimo centesimo quadragesimo sesto, kalendas aprilis, indictione nona. Peticionibus enf[iteocariis annu]endo, ego quidem donnus Bononius gracia Dei abbas sancti Stefani hoc enfiteosin instrumento pre[senti die do et conce]do pro comune tibi Ansaldo causidico, et Guidoni filio Gerardi de Benno, et Ugoni de Petro Le*** Rustico vicecomiti, et Carando filio Leonis de Carando vestrisque filiis et nepotibus [***quid]quid nobis pertinet per ecclesiam sancti Stefani in castro Butrio, excepta ecclesia sancti Laurencii et octo *** ut predixi, in presenti do vobis prenominatis enfiteocariis vestrisque filiis et nepotibus ad habendum, tenendum ac possidendum et quidquid vobis deinceps placuerit, salvo iure dominii, faciendum; et post vestros nepotes aliud enfitosin (1) instrumentum hoc ordine innovetur. Et huius rei nomine singulis annis, pensionis gratia, in festivitate sancti Ste-

(1) Così ha il testo.

fani de augusto denariis octo lucenses vos et vestris heredes super altare deferant sciente abbate vel ex suis monachis; vel aliquo inpedimento vel causa iusta intercedat quo minus hec pensio secuta fuerit *** Rem vero predictam quam vobis enfiteocariis dedi et concessi continentur latera huiusmodi videlicet: [a mane] platea id est limite percurente quod pergit per ambas portas ipsius castri; alio latere iusta sancti Stefani, ab uno capite limite publico quod pergiit iusta crucem sancti Gervasii, alio capite platea desuper que pergiit iusta prefata sancti Laurencii ecclesiam cum foveam et viam. Ab omni homine semper legitime defendere et auctorizare vobis et vestrisque heredibus pro comuni promitto. Nec aliquo modo, ullo interprete, res predictas vel pensionem alienabo, servata mihi pactionem vobis inposita. Si qua vero pars predicta firmiter non observaverit, solvat alteri parti fidem servanti, nomine pene, decem libras lucenses; et post pena hoc enfiteosin instrumento et pacto semper firma permaneant.

Actum apud ecclesiam sancti Stefani, indictione suprascripta.

Prenominatis enfiteocariis, sicut supra legitur, scribere rogaverunt.

Girardo de Beno testis et investitor, et Guidoni de Riginerio de Sasso, et Malliavacca, et Bonusfilius nepus Gambuzo, et Iohannes Bonus pistore, et Russo pistore, et Angelus notarius, et Vivanus de Abbate, et Ricius de Planoro rogati sunt testes.

Ego Petrus in Dei nomine notarius butriensis, sicut supra legitur, interfui, scripsi et firmavi.

LXXXIV (732).

Busta n. 10/946, n. 2. La pergamena è la stessa del documento LXXVII (725).

Vendita di Gerardo di Monzuno a Bononio abate di S. Stefano di terre in Viadagola.

Bologna, 1146, novembre.

Anno Domini millesimo centesimo quadragesimo sexto, mense novembris, indictione nona. Testis Bonbellus de Perranfredo, et Bonbonius de Salicito, et Spata cartam vendicionis proprietatis et condicticii fecit Ierardus de Monzoni pro se et fratre suo de omne quod Petrus Fico et fratres eius habuerunt et tenuerunt in Vitaliacula pro eis a Iena usque ad viam de Granarolo in nomine donni Bononii abbatis sancti Stefani et eius fratrum ac successorum sub pena quattuordecim librarum Luce et defensione.

Angelus causidicus et tabellio hec scripsit.

LXXXV (733).

Busta n. 10/946, n. 2. La pergamena è la stessa del documento LXXVII (725).

Donazione di terreni fatta da Adelardo ed Albertino figli di Alberico e da Amico a Bononio abate di S. Stefano.

Bologna, 1147, gennaio.

Anno Domini millesimo centesimo quadragesimo septimo, mense ianuarii, indictione decima. Testis et investitor Ildebrandus de Urso clerico, Rodulfus de Dominico sarto, Gualscon, Manfredus de sancto Cesaro, Iohannes de Cantone, cartam donacionis proprietatis et condicticii in perpetuum facimus nos Adelardus et Albertinus germani filii Alberici, et Amicus commissarius predicti Alberici pro eo quod ipse Albericus reliquit ecclesie sancti Stefani et quod Albertus pater eius reliquit et pro remissione omnium peccatorum predictorum et omnium eorum parentum et quia ego Amicus sum commissarius predicti Alberici damus in honorem Dei et ecclesie sancti Stefani tibi domno Bononio abbati sancti Stefani tuisque fratribus et successoribus petiam unam in fundo Cerviano iuxta eumdem abbatem, et a duobus lateribus vie publice, alio latere Manducadenocte. Nec non et ego Herimenga relicta Alberici predicta omnia firmo et laudo et cum predictis filiis meis et pro alio filio meo, et Amicus sub pena centum solidorum Luce legittime defendere et auctorizare prescriptam rem promittimus et hanc cartam firmam semper tenere.

Angelus causidicus et tabellio hec scripsit.

LXXXVI (734).

Busta n. 35 970, n. 26. Pergamena di mm. 320×215. Originale in cattivo stato di conservazione.

Concessione superficiaria di Ederico abate di..... a Biagio muratore.

Ferrara, 1147, 20 maggio.

[In Dei] nomine. Anno eiusdem nativitatis millesimo centesimo XLVII, die decimo exeunte mense madi ***** [indictione decima ***] Ferrarie. Breve recordacionis future posteritatis ad memoriam retinendam [scri]bo ego Andreas ferariensis notarius. Qualiter donis Hedericus gratia Dei abbas monasterii **** per consensum domni Iohannis de Policino atque domni Iohannis de Vignola et aliorum monachorum

predicti monasterii dedit et concessit Blasio muratori suisque filiis et nepotibus seu pronepotibus per directam lineam desendentibus quosque immemoria esse poterit S**** unum quod dicitur Concula positum in Corigio de Lusulino a Campo Caprarie desendente in valle *** ad cocolariam edifidam. (1) Predictus namque Blasius predictum locum suo dispendio laborare et edificare debet, refacto dispendio, proficui medietatem predicto abbati atque illius successoribus dare debet. Prenominatus quidem abbas per se suosque successores hoc breve Blasio, ut superius legitur, firmum tenere promisit sub pena unius libre auri; et nullum edificium quod Blasii edificio noceat, neque per se, neque per ullos alios im predicto loco facere debet. Et si evenerit quod prenominatus abbas nominatum locum Blasio aut suis filiis vel nepotibus seu pronepotibus, ut superius dictum est, auctorizare atque defensare non poterit, dispendium Blasio aut suis filiis vel nepotibus in predicto loco factum, ipse vel sui successores reddere debet. Blasius vero filios vel nepotes si non habuerit prescriptam cocolariam cui voluerit relinquere debet quousque suum dispendium refactum erit; refacto dispendio, debet reverti nominato nominato (*sic*) monasterio; et prescriptus Blasius sub nominata pena nominatum locum edificare debet, et sacramentum de fraude abbati aut suis successoribus facere debet.

Ad hec fuerunt testes presentes: Andreas causidicus de Panigale, Cesarius, Ziraldus, Stefanus *** investitor, Petrus Bonus, isti fuerunt testes ad omnia prescripta.

Et ego Andreas notarius presens et coram prescriptis testibus rogatus manu propria scripsi atque complevi.

LXXXVII (735).

Busta n. 10/946, n. 2. La pergamena è la stessa del documento LXXVII (725).

Vitalizio tra Ingeza vedova di Gerardo e Bononio abate di S. Stefano e i rettori di S. Rufillo.

Bologna, 1147.

Anno Domini millesimo centesimo quadragesimo septimo.

Testis Petrus de Bononio, et Petrus de Martino clerico, et Giforo, et Sigizinus, et Angelus tabellio investitor, cartam fecit Ingeza relicta Ierardi arcatoris pro anima sua et pro victu in vita sua

(1) Così ha il testo per *edificandam*.

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S COLLEGE
LIBRARY

quem domnus Bononius abbas sancti Stefani et rectores sancti Rofilli sibi dare debent in nomine ipsius donni abbatis et predictorum rectorum et successorum de terra scilicet sua quam habet in villa sancti Rofilli sub pena dupli.

Angelus causidicus et tabellio hec fecit.

LXXXVIII (736).

Busta n. 35'970, n. 29. Pergamena di mm. 235 × 165. Originale mutilo con il margine sinistro gravemente leso.

Donazione di terreni di Bononio abate di S. Stefano a Morando medico e a Richilda sua moglie.

Bologna, 1149, settembre.

† In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo quadragesimo nono, mense septembris, indictione XII. Ego quidem domnus Bononius gratia Dei abas sancti Stefani qui vocatur Ierusalem presenti die do et concedo tibi Morando medico et Richilde socie tue filia Martini calegario sedecim clau *** duo decima porcione de alio de terra de Vivaro iuxta Albertonem de *** sunt pedes octuaginta, et iuxta Aimericum sunt pedes septuaginta *** fossatum sunt pedes viginti tres a [viam vic]inalem sunt pedes triginta *** infra hos fines, ut predixi, do et con[cedo vobis] receptoris; et si un[us] *** [supravix]erit omnes supradictas res perveniat ad halios qui supravixe[rint] *** et quando hobierit predictam terram cum hoc quod super **** quod vos in eodem tempore habueritis sine aliqua occasione revertat *** predicta ecclesia. Ab omni homine defendere et auctorizare prescriptam rem vobis pr[omitto] et si ego vel meos successores predicta omnia firmiter observare noluerimus, et predictam concessionem infringere persumpserimus, pene nomine, quadraginta solidos Luce vobis dare promitto; et insuper hoc instrumentum, ut supra legitur, incorruptum conservare spondeo.

Actum apud ecclesiam sancti Stefani, indictione predicta.

Prenominatus receptores hoc convencionem instrumento, ut supra legitur, scribere rogaverunt.

[Ugo ca]usidicus filius Alberici Lambardo (1), Orlandus de Vare[nana] *** Bucca de Sappa, Bonus Iohannes de Artimone rogati sunt testes.

Ego Rodulfus tabellio huic convencioni interfui, complevi et scripsi.

(1) Vedi il doc. XCVI (744).

LXXXIX (737).

Busta n. 10 946, n. 19. Pergamena di mm. 335 × 220. Originale corroso nel mezzo.

Concessione livellaria di Agnese abadessa del monastero di S. Ilaro a Bononio abate di S. Stefano sulla chiesa di S. Gregorio.

Bologna, 1150, 21 aprile.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo quinquagesimo, XI kalendas madii, indictione XII (1). Peticionibus henfiteotecariis annuendo ego inquam donna Agnes a Deo dicata abbatissa ecclesie monasterii sancti Yllari scito Alfiani, presenti die, hoc libello henfiteosin iure trado et concedo tibi donno Bononio gratia Dei abbati ecclesie et monasterii sancti Stefani de civitate Bononia, videlicet ecclesiam sancti Gregorii sitam prope civitatem Bononie cum omnibus suis rebus mobilibus et immobilibus, seseque moventibus quas habet et tenet vel alii pro ea, terris videlicet et vineis cum casis et hedificiis, campis, pratis, pascuis, silvis atque salectis et, ut dixi, omnium earum rerum ubilibet constitutarum ad abendum et possidendum, ac tenendum quicquid tibi tuisque fratribus vel successoribus, ad utilitatem ecclesie sancti Stephani in perpetuum tuo nomine, salvo iure dominii, placuerit faciendum deinceps. Et insuper concedo tibi prenominato abbati omne ius et actionem ac requisicionem que nobis pertinet de Tebaldo diacono omniumque suarum rerum iure offersionis. Et liceat tibi tuisque fratribus vel successoribus, in singulis annis, in festivitate sancti Illari que est in mense madii, duas libras cere super altare predicti monasterii sancti Illari ponere, pensionis nomine. Ego vero prescriptas res et acciones pro me meisque sororibus atque successatricibus ab omni homine semper legitime defendere et auctorizare tibi tuisque fratribus ac successoribus in prefatam ******* henfiteosin iure promitto. Quod si, ut supra dictum est, firmiter observare semper noluero et hoc libellum henfiteosin infringnere temptavero et, qualiter supra legitur, non conservavero penam quadraginta librarum argenti tibi tuisque fratribus et successoribus dare promitto et insuper hoc libellum henfiteosin semper incorruptum tenere spondeo.

Actum apud ecclesiam sancti Illari, indictione predicta.

(1) L'indizione è errata, dovrebbe dire *decima tertia*.

Prenominata domna presentibus sororibus et consencientibus, qualiter supra legitur, scribere rogavit.

Maximilla scribere rogavit, Adilia scribere rogavit, Beliarda scribere rogavit, Gisla scribere rogavit, Felicitas scribere rogavit, donna Matilda abbatissa sancti Gregorii scribere rogavit, Berta scribere rogavit, Iulitta scribere rogavit.

Donnus Iohannes presbiter, et donnus Martinus presbiter de Pelago, et donnus Guido plebanus, atque Petrus Iulite, et Aldebrandus Matilde, ac Erbalottus causidicus ****

Rustigellus Dei gratia monasterii sancti Illari tabellio hec [scripsit].

† Ego Petrus sacri palacii notarius de Varignana ***

Testis donnus Iohannes ***** Rodulfinus Bochirone et Soaldabrina et Bonomolus filius Petri tabellionis de Casaliclo.

XC (738).

Busta n. 11 947. n. 1. Pergamena di mm. 580×235. Originale ben conservato.

Sentenza di Ildebrando cardinale diacono di S. Eustachio sopra una vertenza tra Guiberto abate di S. Stefano e Ildeprando amministratore dell'ospedale di S. Stefano in Quaderna (1).

Bologna, 1154, 9 aprile.

In nomine summe et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo quinquagesimo quarto, quinto idus aprilis, indictione secunda. Donnus namque Guibertus Dei gratia abbas ecclesie sancti Stephani quondam Ierusalem vocata a donno Ildeprando hospi[talario] et administratore hospitalis de sancto Stephano in Quaterna debitam et solitam hobedientiam more predecessorum velud a suo subdito, sub dominio et dictione ecclesie beati Stephani de Bo-

(1) Nella busta n. 13/949, n. 9, esiste una copia del documento qui trascritto. Essa è preceduta dalla seguente dichiarazione: *Exemplum antique carte. In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno ab Incarnatione Domini nostri Ihesu Christi millesimo centesimo sexagesimo nono, imperante domino Frederico romanorum imperatore anno quarto decimo imperii eius, idus aprilis, indictione secunda.* E dopo l'intera trascrizione del documento appaiono i nomi dei testimoni che hanno verificato l'autenticità della copia: *Guido Ubertini de Gandulfo, Petrus Bonus de Crescentio, et Iohannes Bonus de Crescentio, et Bonus Incuntrus filius Guidonis notarius, et [Iohannes] de Sassoferrato ad predictam cartam audiendam et ascultandam testes interfuerunt.*

Romane legis ego Guido tabellio regis, hoc instrumentum scripsi ceu cetera centum, ut vidi in antiquo instrumento ita scripsi et firmari.

nonia permanere putante, petiit. Qui diabolica suggestione et sagitta percussus contra suum dominum et abbatem effectus apostata recalcitrans debitam et solitam hobedientiam facere recusavit, et [se et ho]spitale in quo erat per ecclesiam sancti Stephani ipsi ecclesie denegavit. Quo ad notitiam summi et universalis ecclesie pontifici ac pape Anastasii per predicti abbatis nuntium pervento, per apostolica scripta causam hanc Gerardo bononiensi episcopo cognoscendam diffiniendamque mandavit. Ante cuius presentiam parte utraque presente cum suis prudentibus et advocatis, interrogatus Ildeprandus pro quo possideret et in hospitale esset, non respondit. Quadam autem vice dixit se pro laicis et parentibus suis interesse. Tandem dicens se multitudine circumstantium et audientium solo visu gravatum appellavit quam postea refutavit. Abbas vero apellationem suscepit et appellationis causam per suum nuntium donno apostolico notificavit. Donnus quidem apostolicus absque ullo appellationis subterfugio causam iterum cognoscendam donno Ildeprando diacono cardinali sancti Eustachi [dele]gavit, eique eandem causam diffinire iniuncxit . Quem cum sepe vocasset et presentem monuisset quatenus prenominato abbati iustitiam faceret et coram eo iuditio sisteret: Ildeprandus ille per evidentem contumatiam venire contempsit. Eo vero venire recusante et iuditium fugiente, abbate autem cum suis testibus et allegationibus cominus consistente et suam consequentem rationem petente, taliter prememoratus cardinalis super causam pronuntiavit: Ego Ildeprandus diaconus cardinalis sancti Eustachii et ex delegato donni pape Anastasii cause que vertitur inter abbatem sancti Stephani et Ildebrandum custodem hospitalis sancti Stephani de Quaterna cognitor, cum sepe predictum Ildebrandum vocaverim et presentem monuerim quatenus prenominato abbati iustitiam faceret et coram me iuditio sisteret, et ipse per contumatiam evidentem venire contempserit, pronuntio predictum abbatem sancti Stephani in possessionem predicti hospitalis de Quaterna et rerum ad ipsum hospitale pertinentium mittendum, ipsumque Ildebrandum ab administratione cessare iubeo. Qua sententia lata statim cum bononiensi episcopo ad predictum hospitale prefatus cardinalis iter direxit et [predict]um abbatem in predicti hospitalis possessionem intromisit.

Actum in claustro sancti Salvatoris, indictione predicta.

Prenominatus donnus Ildeprandus diaconus cardinalis sancti Eustachii, sicut supra legitur, scribere rogavit

[***] episcopus Placentie, et donnus Guilielmus archidiaconus papiensis, et magister Albertus de Cormazo, et magister Rolandus, et donnus Bartholomeus et donnus Landulfus et donnus Iohannes Albus et donnus Guibertus de sancto Stephano in Quaterna et donnus Ubertus et donnus Rodulfus monachi, Bulgarus causidicus et legis

doctor, et Martinus Gosia et Ugo de porta Ravennate et Iacobus causidici et legum doctores, et Ugo de Arimundo, et Ugo de Donnanis, et Guarinus de Guarinis, et Leonardus Russi de Arimundo, et Petrus Garisindus, Ugo de Petro Mignani, Albertus de Albaro, Guido Petri de Rusticano, et Ubertus de Rainerio, et Garsidonius filius quondam Bavosi, et Rainerius filius Henrici de Geremia, et Ugo de Bono Fantino, et Guilelmus Botte, et Bezo, et Stefanus de Gaibana, et Blancasola, et Guilelmus papiensis, et magister Armannus, et magister Stephanus, et donnus Guilelmus Bergundio monachus de Fruitera, et dominus Antonius, et Pontius, et Rodulfus, et Buca de Zappa, et Rainerius lucensis, et Amedeus de Aliano, et Pinzarone et alii quamplures huic sententie interfuerunt.

Rolandinus bononiensis et potestatis notarius Gerardi tabularii filius huic sententie interfui et donni cardinalis iussione omnia, sicut supra legitur, complevi et scripsi.

Pubblicato da Sarti e Fattorini (Ediz. Albicini-Malagola), *De claris Archigymnasii bonon. professoribus* Bologna, 1888, tip. Merlani, T. II, pag. 21.

XCI (739).

Busta n. 13949, n. 10. Pergamena di mm. 330×220. Copia del secolo XII, (a. 1169).

Componimento tra Guiberto abate di S. Stefano e Ildebrando monaco, in seguito alla sentenza del cardinale Ildebrando.

S. Stefano in Quaderna, 1154, 9 agosto.

Exemplum antique carte . † In nomine sancte et individue Trinitatis . Anno ab Incarnatione Domini nostri Ihesu Christi millesimo centesimo sexagesimo nono, imperante domino Frederico romanorum imperatore anno quartodecimo imperii eius, idus aprilis, indictione secunda.

† In nomine summe et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo quinquagesimo quarto, quinto idus augusti, indictione secunda. Preteritarum quidem rerum cum omnium retinere memoriam atque scientiam et omnino in quolibet minime delinquere potius divinitatis esse quam humanitatis creditur, ideo sapientes ad scripture inditium decurrerunt utque humana mens retinere non valet quasi petitum et oblatum scripture specular splendenter exibeat quasi presens et occulatum *** enim pulcherrima auctoritate atque peritia iustitia colitur, veritatis fides plenissime tuetur, iniquitas repel-

litur, improbitas redarguitur, falsitas aboletur, rei quoque geste posteris notitia fide illuculata conservatur. Qua propter domnus Guibertus Dei gratia abbas ecclesie sancti Stephani de civitate Bononia, quondam Ierusalem vocata, opere pretium esse duxit in scripturam reddigere qualiter Ildeprandus hospitalerius de hospitale sancti Stephani in Claterna predictum hospitale de manibus super memorati abbatis acceperit. Cum Ildeprandus ille predictum hospitale ad ius prescripte ecclesie sancti Stephani non pertinere et se in predicto hospitale [pro eadem] ecclesia stare negasset, super memoratus abbas de eo domno pape Anastasio querimoniam intulit, cuius rei iudicium predictus papa Anastasius Ildebrando suo diacono cardinali tituli sancti Eustachii ex delegatu suo terminandum diffiniendumque commisit, qui ex ipsius Anastasii pape delegatu predicte cause finem imposuit, ipsumque abbatem in predicti hospitalis possessionem induxit, licet autem Ildeprandus ille hospitalerius aliquanto tempore se contra predictum abbatem contumaciter habuerit. Tandem tamen prefati hospitalis administrationem de manibus supradicti abbatis usque dum prefato abbati libenter accepit, et se de cetero pro ecclesia sancti Stefani, pro libitu tantum abbatis, ut supra dictum est, inibi inesse confessus fuit, nulla modo tunc promissa ab eo hobedientia, nec si quondam fecerat, ab abbate remissa.

Actum apud prescriptum hospitale sancti Stephani in Claterna, indictione predicta.

Prenominatus quidem abbas, sicut supra legitur, causa memorie scribere rogavit.

Domnus Bartholomeus prior et monachus de ecclesia sancti Bartholomei porte Ravennatis, et donnus Landulfus prior et monachus de monasterio sancti Stephani, et donnus Guibertus presbiter et monachus de sancto Stephano in Claterna, nec non et dominus Guido Rainerii de Sasso Dei gratia Bononiensium potestas et rector, Bulgarus causidicus et legis doctor et Martinus Gosia et Ugo de Porta Ravennate et Iacobus causidici et legis doctores, atque Guido Lamberti de Mundo, et Lambertus filius eius, et Gerardocius Gerardi Iohannis de Ilda, et Scogo Zapavithe, et Guido Perticonis, et magister Aldricus, et Guido de Petro Rusticani, et Rolandus de Bellitia, et Rodulfus Capellus, et Burgictus filius Scannabicci, et Ildeprandus de magistro Gualfredo, et Albertus de Petro Uberti, et Rolandus Rodulfi de Guarino, et Guidoctus de Girardo Attonis, et Rolandus de Petro Vetulo, nec non et donnus Alberius atque Tebaldus monachi sancti Stephani testes interfuere.

Rolandinus bononiensis et potestatis notarius Gerardi tabularii filius interfui et, ut supra legitur, predicti abbatis et potestatis iussione vidi, audivi, complevi et scripsi.

Guido Ubertini de Gandulfo, et Petrus Bonus de Crescentio, et Iambonus de Crescentio, et Bonus Incuntrus filius Guidonis notarius, et Iohannes de Sassoferrato ad predictam cartam audiendam et ascultandam testes interfuerunt.

Romane legis ego Guido tabellio regis,

Hoc instrumentum scripsi ceu cetera centum. — Ut vidi in antiquo instrumento ita scripsi et firmavi.

XCII (740).

Busta n. 11947, n. 11. Pergamena di mm. 295 × 145. Originale scritto con bellissimi caratteri ma con il margine sinistro difettoso.

Sentenza di Rolando causidico in una causa tra Giberto abate di S. Stefano e Girardino.

Bologna, 1157, 11 dicembre.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno ab Incarnacione domini nostri Ihesu Christi millesimo centesimo quinquagesimo septimo, regnante domno Federico imperatore romanorum anno tertio imperii eius, tertio idus decembris, indictione quinta. Presbiter Albertus iurato dixit se interfuisse ibi ubi divisio facta fuit inter ecclesiam sancti Stephani et Girardinum et fratrem suum Alfre[dum ita] quod illud quod continetur in monte Barbiani fuit designatum predicte ecclesie pro parte, et sex petie terre vineate et aratorie et busive que continentur in instrumento eorum fuerunt eis designate pro parte; et similiter Iohannes Bonus Rubeus et frater eius Bonus Martinus iurato dixerunt idem; et sic Alfredus Petrose iurato dixit se interfuisse ibi ubi predicta divisio facta fuit presente et consentiente Giulia uxore sua octobrina (?) Girardi. Et ideo in Dei nomine ego Rollandus causidicus cogni[tor cause que ver]titur inter Girardum et domnum Gibbertum abbatem pre[dicte] ecclesie sancti Stephani visis et auditis utriusque partis allegatio[nibus] absolvo domnum Gibbertum abbatem iam dicte ecclesie a petitionibus [Gerar]di.

Actum in tubata consulum, indictione predicta.

Predictus Rollandus causidicus, ut supra legitur, scribere mandavit.

Ugo Petri Mignani, et Simon Enrici sancti Petri, et Petrus Iohannis Boni de Oddone, et Ubbertinus de Armanno, et Rodulfus de Cuppa, et Aiolus Guttifredi, et Guilielmus domini Martini, et Corbolinus Rodulfi huic testes interfuere.

Romane legis ego Wido tabellio regis,

Hoc instrumentum scripsi ceu cetera centum.

XCIII (741).

Busta n. 35/971, n. 37. Pergamena di mm. 340 × 160. Originale offeso dall' umidità.

Concessione livellaria di Alberto, monaco del monastero di S. Bartolomeo di Musiano, a favore di Pietro ....Mercatante, Faitolino, Pietro di Odone e Ungarello figlio di Pietro e ad altri sopra terreni posti in Montecchio.

Musiano, 1157.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo quinquagesimo septimo, quarto kalendas ****. Petitionibus enphiteocariis annuendo ego *** Albertus de monasterio sancti Bartholomei *** Musiglani presenti die vendo et enim concedo *** germano filii Roici et Petrus qui vocatur Martellus **** et Mercathante filii Ugonis et Faitulinus filius Garelli, et Petrus filius Odonis, et Unguarellus filius Petri, et Ugolinus filius Martini, et Petrus qui vocatur Mitifoco, et Gregorius cum fratribus filii Petri, et Iohannes filius Boni, et Albertus de Tebaldo, et Guirardo filius Veneri vestrisque heredibus scilicet octo tornaturiae terrae vineate et aratorie prope castro Montecli cum introito et exoito earum usque in via publica vel cum omnibus super se et infra se habentem in integrum. Confines vero cuius ab uno quoque latere desubtus via publica, secundo nempe latere possident filii Bonae et Martinus et Albertinus de Tebaldo, tertio utique latere desuper fossato castelli, quarto vero latere ab occidente possidet Pelpulus et Guirardinus et Pistorengua; vel si qui alii confines sunt omnia, ut superius legitur, infra hos confines in presenti vendo vobis prenominatis enphiteocariis vestrisque heredibus ad habendum, tenendum ac possidendum et quicquid vobis placuerit, salvo iure dominii, fatiendum, ad usum huius monasterii requirente. Et post vestras tertias personas peractas libellus alius enphiteosin hoc ordine innovetur. Et huius rei nomine mihi et meis successoribus, annis singulis, denarios Luce octo vos et vestris heredibus semper exhibeatis. Ego vero prescriptam rem semper legittime defendere et auctorizare ab omni homine, omni tempore, vobis et vestris heredibus promitto. Et si ego vel meis successoribus omnia, ut superius legitur, firmiter semper non observaverimus, pene nomine, hec res dupla dare vobis et vestris heredibus promitto; et insuper prescripta omnia semper incorrupta tenere spondeo.

Actum ante monasterio sancti Barthomei (1), indictione superscripta.

(1) Così ha il testo per *Bartholomei*.

Prenominatis emptoribus hanc apparam rogatis rogatis (*sic*), ut supra legitur, fieri rogaverunt.

Huius rei nomine Ugo filius Aldebrandi, et Rainuzo filius Anselmi, et Rizo iudice, et Guido filius Petri, et Rolandinus filius Alberti, et Bonattus filius Veneri, et Urso filius Alberti investitore, isti testes rogati fuerunt.

Ego quidem notarius qui dictus sum Rusticus rogatus scribere scripsi.

XCIV (742).

Busta n. 11 947, n. 13. Pergamena di mm. 245 × 185. Originale ben conservato.

Vendita di una clusura di terra da Brikerio e Lanfranchino alla vedova Berta e a' suoi figli Pietro, Domenico, Albertino, Giovanni e Pascasio.

Bologna, 1158, 13 aprile.

† In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo quinquagesimo octavo, idus aprilis, indictione sexta. Constat me quidem Iohanne Bri[k]erium et Lanfranchinum filium meum hoc vendicionis instrumento in presenciarum profecto dominii et proprietatis ac possessionis iure vendidisse et huius rei gratia tradidisse tibi Berte relictam Viviani et in filiis tuis scilicet Petro, et Dominico, et Albertino, et Iohanni, et Pascasio et in vestris heredibus in perpetuum iure proprio clausura nostram de Maiano posita in Podio Arche et de una pecia ibidem cum ingressibus et egressibus earum usque in via publica et cum omnibus super se et infra se habentibus in integrum. Finis quarum tocius ibi esse videtur: a mane habent seniores de Munzuni, a sero possidet Michael de Iohanne Bono de Alda, et Arardus de Petro de sancto Rofillo, de subto detinent predicti emptores, de super adest via publica de Podio Arche, et si qui alii confines sunt, de omnibus que infra predictis confinibus nobis pertinet in integrum cum predicta pecia, pro precio quo insimul convenimus, in presenti vendimus et tradimus vobis prememoratis emptoribus vestrisque heredibus ad habendum, tenendum, ac possidendum et quicquid vobis et vestris heredibus deinceps placuerit faciendum, ut nullam exinde controversiam vel molestiam huius rei nomine sustineas. Ab omni quoque homine prescriptam rem omni tempore legittime defendere et auctorizare vobis et vestris heredibus promittimus; et si nos vel nostri heredes omnia predicta firmiter semper observare noluerimus, pene nomine, dupli estimacione predicte rei vobis et vestris heredibus dare promittimus; et insuper hoc vendicionis

instrumentum proprietatis, ut supra legitur, omni tempore incorruptum tenere spondemus.

Actum Bononie civitate aput domum Martini Gosie, indictione predicta.

Prenominati venditores hoc vendicionis instrumentum proprietatis, ut supra legitur, rogaverunt scribere.

Et insuper predictus Lanfranchinus promisit reficere omne dampnum predictis emptoribus et eorum heredibus quod sibi aparuiset per fratrem suum; si non reficeret promisit dare predictam penam.

Gerardus filius Gutifredi de Iohanne Bono de Ardizone, et Dalfinellus, et Progolanus filius eius investitor testes rogati sunt.

Ego Damianus notarius hoc vendicionis instrumentum, ut supra legitur, scripsi et firmavi.

XCV (743).

Busta n. 11/947, n. 18. Pergamena di mm. 260 × 155. Originale offeso dall'umidità.

Rinnovazione di concessione livellaria fatta da Guiberto, abate di S. Stefano a Bennato di Panefava sopra due porzioni di terra in Roncatello.

Bologna, 1159, marzo.

In nomine sancte et individue Trinitatis. [Anno Domini millesimo centesimo] quinquagesimo nono, regnante Federico roman[orum imperatore anno quarto] * nonas marci, indictione VII. Peticionibus enphiteocariis annuendo ego quidem donnus Guibertus gratia Dei abbas [sancti Stephani] qui vocatur Ierusalem hoc [enphiteosin instru]mento presenti die renovacionis causa do et concedo tibi (Bennato?) de Panefaba accipienti pro Alberto et pro Panefabe filios Adhelaxie eorumque heredibus duas porciones unius pecie terre aratorie in Roncatelli cum ingressu et egressu suo usque in viam publicam et cum omnibus super se et infra se in integrum. Finis cuius pertica decimpeda mensuratus esse videtur: iuxta Petrum de Vite et fratrem eius sunt pertice viginti septem, a bedustis sunt pertice decem et novem, iuxta viam sunt pertice nonaginta tres, iuxta Albertum presbiterum de Teudato sunt pertice nonaginta sex, et si quis alii fines sunt, omnia, ut predixi, in presenti iure enphiteotico, renovacionis causa, do et concedo prenominatis enphiteocariis eorumque heredibus ad habendum, tenendum, ac possidendum et quicquid eorum placuerit deinceps, salvo iure dominii, faciendum. Et post eorum terciam progeniem exactam aliud

enphiteosin instrumentum hoc modo renovetur; et huius rei nomine mihi et meis successoribus, gratia pensionis, in singulis annis denarios sedecim Venecie ipsi et eorum heredibus referre. Ab omni quoque homine prescriptam rem legitime defendere et auctorizare ipsis et eorum heredibus promitto: et si ego vel mei successores predicta omnia firmiter semper observare noluerimus, et hanc enphiteosin quolibet modo [infringere] presumpserimus, pene nomine, predicte rei duplum *** et eorum heredibus promitto; et insuper hanc enphiteosin instrumentum, ut supra legitur, semper incorruptum conservare spondeo.

Actum apud ecclesiam sancti Stefani, indictione predicta.

Prenominatus donnus abbas hoc enphiteosin instrumentum, ut supra legitur, scribere rogavit.

Guido de Perticone causidicus, et Rolandus causidicus filius Redulfi de Guarino, Rodulfus Capello, Burellius de Crescentio, Guitotto de Oldegarda, Urso Garisindo, Guasscon, Corbolinus, Rodulfus de Calanco rogati sunt testes.

Ego Gibertus abbas manu mea subscripsi.

Ego Gregorius monacus manu me subscripsi.

Ego Guido monacus manu mea subscripsi.

Ego frater Wilielmus scripsi.

Ego Rodulfus tabellio hoc enphiteosin instrumentum, ut supra legitur, complevi et scripsi.

XCVI (744).

Busta n. 11/947, n. 21. Pergamena di mm. 420 × 135. Originale.

Rinnovazione di concessione livellaria da Guiberto abate di S Stefano al causidico Ugo sopra case e terre nel borgo Vivaro.

Bologna, 1159, 18 luglio.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo quinquagesimo nono, inperante domino Fetherico romano inperatore anno inperii eius quarto, quinto decimo kalendas augusti, indictione septima. Peticionibus enphiteocariis annuendo, ego quidem donnus Guibertus gratia Dei abbas sancti Stefani qui vocatur Ierusalem hoc enphiteosin instrumento presenti die renovacionis causa do et concedo tibi Ugoni causidico filius Alberici Lambardo tuisque heredibus omne quod tu habes et tenes iura sancti Stefani in burgo sancti Stefani et in burgo Vivaro, terras cum case et tuvade super se et casamenti et terre vacue, et concedo tibi casamento quod fuit

Petro de Mele que est in capite a stratam sancti Stefani pedes quattuordecim, alio capite a ripam que fuit de fossato Vivaro sunt pedes XXIII, et insuper do et concedo tibi terra que fuit de fossato Vivaro in capite iuxta te, que est a capite a stratam que pergit a porta sancti Proculi pedes decem et octo; omnia, ut predixi, cum omnibus super se et infra se in integrum in presenti do et renovacionem facio tibi prenominato enphiteocario tuisque heredibus ad habendum, tenendum ac possidendum et quicquid tibi deinceps placuerit, salvo iure dominii, faciendum, et post tuam terciam progeniem exactam aliud enphiteosin instrumentum hoc modo renovetur. Et huius rei nomine mihi et meis successoribus, gratia pensionis, in singulis annis in die sancti Iohannis de nativitate Domini denarios duos lucenses tu et tui heredes exibeant. Ab omni quoque homine prescriptam rem legitime defendere et auctorizare semper tibi et tuis heredibus promitto. Si qua vero pars que contra hanc enphiteosin facere presumpserit et non conservaverit omnia predicta, pene nomine, solvat alteri parti fidem servanti XX libras Luce; et insuper omnia, ut supra legitur, semper firmiter teneat.

Actum apud ecclesiam sancti Stefani, indictione predicta septima.

Prenominatus enphiteocarius hanc aperam, ut supra legitur, fieri rogavit.

Lanbertinus filius Guidonis de Lamberto de Mundo, P[etrus de] Asenella, Bezo causidicus, Guidotto de Oldegarda rogati sunt testes.

Ego Rodulfus tabellio hanc aperam, ut supra legitur, complevi et scripsi.

XCVII (745).

Busta n. 11/947, n. 22. Pergamena di mm. 250 × 155. Originale ben conservato.

Rinnovazione di concessione livellaria da Guiberto abate di S. Stefano a Adelaxia sopra terre nel Vivaro.

Bologna, 1159, 4 ottobre.

† In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo quinquagesimo nono, regnante domino Fetherico romano inperatore anno inperii eius quarto, quarto nonas octobris, indictione VII. Peticionibus enphiteocariis annuendo, ego quidem donnus Guibertus, gratia Dei abbas sancti Stefani qui vocatur Ierusalem, hoc enphiteosin instrumento presenti die vendicionis et renovacionis causa do et concedo tibi domine Adhelaxie filie Lamberti tuisque heredibus idest de terra que fuit de Vivaro decem et octo clusos et quinta porcione de uno cluso propter vendicionem a capite a stratam que pergit a portam sancti Proculi, et decem

et octo clusos causa renovacionis a capite a viam de Vivaro. Ab uno latere terra de supradicta ecclesia que tenet Morando medico et sunt pertice decem a pertica duodecim pedibus legitimi mensuratus, a capite a stratam sancti Proculi sunt pertice tres tres pedes minus, alio capite a viam de Vivaro sunt pertice quattuor et media, alio latere terra de supradicta ecclesia sunt pertice decem uno semis minus; infra hos fines, ut predixi, cum omnibus super se et infra se in integrum in presenti renovacionis et vendicionis causa do et concedo tibi domina Adhelaxia tuisque heredibus ad habendum, tenendum ac possidendum et quicquid tibi deinceps placuerit, salvo iure dominii, faciendum; et post tuam progeniem exactam aliud enphiteosin instrumentum hoc modo renovetur, et mihi et meis successoribus, gratia pensionis, in singulis annis pro unoquoque cluso denarium unum Venecie tu et tui heredes exibeatis. Ab omni quoque homine prescriptam rem legitime defendere et auctorizare tibi et tuis heredibus promitto; et si ego vel meos successores omnia predicta, ut supra legitur, firmiter semper observare noluerimus, pene nomine, predicte rei duplum tibi et tuis heredibus dare promitto, et insuper omnia predicta semper incorruptum conservare spondeo.

Actum apud casam de supradicta ecclesia, indictione predicta.

Prenominata domina Adhelaxia hanc aperam, ut supra legitur, scribere rogavit.

Lambertinus de Guidoni de Lamberto de Mundo, Acarixius, Guitotto de Oldegarda, Petrus de Asenella, Auscilitto, Ubaldo de Albaro, Rolandus causidicus de Petro Vecclo et alii plures rogati sunt testes.

Ego Rodulfus tabellio hanc aperam, ut supra legitur, complevi et scripsi.

XCVIII (746).

Busta n. 11 947, n. 24. Pergamena di mm. 140 × 185. Originale scritto benissimo, ma deturpato sul margine sinistro da una macchia che impedisce la lettura completa del documento.

Donazione di Gisaltruda a Guido abate di S. Maria in Strada di terre in Borgo Panigale.

Bologna, 1160, 7 maggio.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo sexagesimo, septimo die ingrediente madio, indictione octava, regnante domino Federico Dei gratia romanorum imperatore.

Ego quidem Gisaltruda filia Blancardi amore Dei hoc donationis instrumento presenti die, Dei amore, dono tibi donno Guidoni Dei gratia **** abbati ecclesie sancte Marie in Strada et tuis fratribus et successoribus imperpetuum accipienti in honorem [pred]icte ecclesie longariam meam de Panigale et campum ibidem cum ingressibus et regressibus, usufructu eius tocius mihi donec vixero reservato; et insuper remitto tibi iam dicto donno abbati centum solidos Luce, pro quibus pro pignore habebam vineam de Desertedo. Omnia, ut predixi, in integrum presenti dono et remitto iam dicto donno abbati ad habendum, tenendum et possidendum et quod volueris faciendum, usufructu longarie et campi mihi reservato donec vixero. Ut nullam litem nullamque controversiam predictarum rerum nomine a me tu prenominatus iam dictus abbas et tui fratres et successores sustineant. Ab omni quoque homine predictam rem legitime defendere et auctorizare tibi iam dicto donno abbati et tuis fratribus et successoribus promitto. Et si ego vel mei heredes predicta omnia observare noluero eiusdem quantitatis et estimacionis tibi iam dicto abbati et tuis fratribus et successoribus dare mitto. Et insuper hoc instrumentum, ut supra legitur, semper inviolatum tenere spondeo.

Actum apud ecclesiam sancti Nicholai in burgo sancti Felicis, indictione predicta.

Prenominata Gisaltruda hec omnia, ut supra legitur, scribere rogavit.

Testes Andreas iudex, Gallicianus, Rainerius Petri de Andrea, Albertus de Malatacca investitor, Albertus Ugonis notarii, Iohannes de Andrea de Fabro, et Rubeus de Scazafava et alii plures rogati sunt.

Ego Rambertus notarius hec omnia, ut supra legitur, scripsi.

XCIX (747).

Busta n. 11,947, n. 25. Pergamena di mm. 540 × 125. Originale che contiene ancora due altri istrumenti di enfiteusi rogati dallo stesso notaio. È in tristissime condizioni specialmente nel margine destro in parte deficiente e in parte rovinato dall' acqua.

Costituzione d'enfiteusi di Guiberto abate di S. Stefano a Rambertino di Lorenzo e a Berta sua moglie sopra una terra con casa e orto in Bologna.

Bologna, 1160, 2 ottobre.

Anno Domini millesimo centesimo sexagesimo, inperante domino Fetherico [anno] inperii eius quinto, sexto nonas octobris, indictione

VIII. C[onstat] *** enphiteosin fecit donnus Guibertus abbas sancti Stefani de s[olo cum domo] super se et orto post eam estra seralia in burgo a latere *** confines eius sunt ex omni latere pertice XI a pertica duodecim pedibus mensurati ** duodecim, ab uno latere possidet Malcazato, alio latere fossatus *** strata Maiore, alio capite fundum foss[ati] sex pedum de **** esse semper clausa ipsa braida nec ullum exitum habere nec ad *** In nomine Rambertini de Laurencio et Berte uxoris eius et eorum [heredum ***] progeniem exactam, et post terciam progeniem exactam aliud enphiteosin [instrumentum] hoc modo renovetur et pensionem denariorum XI Venecie in omni quoque anno [in festo] sancti Iohannis evvangneliste de nativitate Domini ipsi et eorum heredes a prefato *** exibeant sub pena quinquaginta solidis Luce.

Actum in man[sione ***], indictione predicta.

Prenominatus enphiteocarius hanc aperam [scribere rogavit].

Rolandus causidicus, Blasius de Constantino, Gerardinus **** [roga]ti sunt testes.

Ego Rodulfus tabellio hanc enphiteosin, ut supra legitur, [scripsi].

C (748).

Busta n. 11/947, n. 27. Pergamena di mm. 245 × 145. Originale in ottimo stato.

Rinnovazione d'enfiteusi di Giberto abate di S. Stefano a Giovanni e Ugolino da Gallano figli di Sergio sopra una tubata e casamento in Bologna.

Bologna, 1161, 16 agosto.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno ab Incarnatione domini nostri Ihesu Christi millesimo centesimo sexagesimo primo, imperante domino Federico romanorum imperatore anno septimo imperii eius, septimo decimo kalendas septembris, indictione VIIII. Nos quidem Iohannes de Gallano et Ugolinus de Gallano filii Sergi, presente et consentiente Sergio patre nostro, profitemur nos in enphiteosim perpetua a domino Giberto abbate ecclesie sancti Stephani, renovationis causa, pro nobis et nostris fratribus masculis nascituris et pro nostris heredibus et pro pensione omni anno in festo sancti Iohannis evangeliste denarium unum Luce, accepisse tubatam et casamentum quod emimus in androna prope stratam sancti Stephani a Bono Bononio de Salicito, et casamentum cum casa super se habentem quod est in alia androna uno tenente se. Confines vero

eius sunt: a mane et a sero adest androna, a meridie possidet Aldrebandinus Malumsennum et Ubaldinus, ab aquilone possidet Bonus Bononius de Antonio et Ugolinus de Prunaro, et si qui alii confines sunt . Ut liceat nobis et nostris fratribus deinceps masculis nascituris predictas res habere ac possidere et quicquid nobis et nostris heredibus deinceps placuerit nostro nomine, salvo iure dominii, facere usque in tertiam progeniem peractam, et in quartam vero predictam enphiteosin renovare sub pena predicte rei duplum, promissa stipulatione.

Actum iuxta ecclesiam sancti Stephani, indictione predicta.

Prenominati enphiteoticarii hanc apperam, ut supra legitur, scribere mandaverunt.

Rolandus causidicus, et Pizolus de Tedelinda, et Pepo merzarius, et Rodaldinus de Petrociano, et Blasius Ugonis de Constantino, et Castagnolus et Ospinellus rogati sunt testes.

Romane legis ego Guido tabellio regis,

Hoc instrumentum scripsi ceu cetera centum.

CI (749).

Busta n. 12/948, n. 10. Pergamena di mm. 235 × 155. Originale.

Rinnovazione di concessione livellaria di Landolfo abate di S. Stefano a Pepione e Ugetto sopra una terra con casa nel borgo di strada Maggiore.

Bologna, 1162, 15 decembre.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo sexagesimo secundo, inperante domino Fetherico romano inperatore anno inperii eius VII, octava decimo kalendas ianuarias, indictione X. Peticionibus enphiteocariis annuendo, ego quidem donnus Landulfus gratia Dei abbas sancti Stefani qui vocatur Ierusalem hoc enphiteosin instrumento presenti die, renovacionis causa, do et concedo tibi Pepioni (et Ugetto) filios Osbergi vestrisque heredibus terram quamdam cum casa super se in burgo strata Maiore, que est in longitudine pedes sexaginta: ab uno latere possidet Malpillo, alio latere Trusculus, ab uno capite a te enphiteocario sunt pedes novem et digiti tres, alio capite a stratam publicam sunt pedes novem et digiti tres, infra hos fines cum omnibus super se et infra se in integrum ad habendum, tenendum ac possidendum et quicquid tibi deinceps placuerit, salvo iure dominii, faciendum; et post tuam terciam progeniem exactam aliud enphiteosin instrumentum hoc modo renovetur. Et huius rei nomine mihi et meis successoribus, gratia pensionis,

in singulis annis in die sancti Iohannis de nativitate Domini in manu nostra denarii quattuor Venecie tu et tui heredes exibeant. Ab omni homine legitime defendere et auctorizare semper tibi et tuis heredibus promitto. Si qua vero pars que contra hanc enphiteosin facere presumpserit, et non conservaverit omnia predicta, pene nomine, solvat alteri parti fidem servanti quinquaginta solidos Luce; et insuper omnia, ut supra legitur, semper firmiter teneat.

Actum apud ecclesiam sancti Stefani, indictione predicta.

Prenominatus enphiteocarius hanc aperam, ut supra legitur, scribere rogavit.

Bezo causidicus legato inperatori, Tancredus Tursapullo, Petrus de Arardo rogati sunt testes.

Ego Rodulfus tabellio hanc aperam, ut supra legitur, complevi et scripsi.

CII (750).

Busta n. 11947, n. 21. La pergamena è la stessa del documento XCVI (744).

Costituzione d'enfiteusi di Landolfo abate di S. Stefano a Ugone causidico sopra una terra nel fossato Vivaro.

Bologna, 1163, 26 novembre.

Anno Domini millesimo centesimo sexagesimo tercio, quarto kalendas decembris, indictione XI. Ego quidem domnus Landulfus gratia Dei abbas sancti Stefani qui vocatur Ierusalem hoc enphiteosin instrumento presenti die do et concedo tibi Ugoni causidico tuisque heredibus terram quandam vacuam que fuit de fossato Vivaro iuxta te enphiteocario que est in capite a stratam que pergit a porta sancti Proculi pedes XXIIII, alio capite a te enphiteocario que fuit Arlotto sunt pedes viginti tres, cum omnibus super se et infra se in integrum; et post tuam terciam progeniem exactam aliud enphiteosin instrumentum hoc modo renovetur et [huius rei nomine mihi et meis] successoribus, gratia pensionis, in singulis annis in die sancti Iohannis de na[tivitate Domini denarium] unum veronensem tu et tui heredes exibeatis; ab omni homine leg[ittime defendere] et auctorizare tibi et tuis heredibus sub pena duplo pro[mitto *** et in]super hanc enphiteosin, ut supra legitur, semper incorruptum conservare spondeo.

Actum apud ecclesiam sancti Stefani, indictione predicta XI.

Prenominatus enphiteocarius hanc aperam, ut supra legitur, scribere rogavit.

Petrucianus, Marxilius, Tancredus Tursapullo rogati sunt testes.

Ego Rodulfus tabellio hanc aperam, ut supra legitur, complevi et scripsi.

CIII (751).

Busta n. 12/948, n. 30. Pergamena di mm. 255×110. Originale.

Vendita di alcune terre da Gisla a Ildebrando figlio del maestro Walfredo.

Bologna, 1165, 9 novembre.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anni ab Incarnatione domini nostri Ihesu Christi millesimo centesimo sexagesimo quinto, inperante domino Frederico gloriosissimo imperatore romanorum anni undecimo imperii eius, quinto idus novembris, indictione tercia decima. Constat me quidem Gislam quondam filiam Ubaldi de Araldo, hoc venditionis instrumento in presentiarum profecto dominii et proprietatis ac possessionis iure vendidisse et huius rei gratia tradidisse tibi Ildebrando magistri Gualfredi tuisque heredibus meam porcionem trium petiarum terre aratorie et vineate et meam portionem boschi, et omnem actionem quam habeo et mihi pertinet in pertinentiis de sancto Martino in Pozadelle, cum ingressibus et egressibus earum usque in viis publicis, et cum omnibus super se et infra habentibus, in integrum. Omnia vero, que predixi, in integrum pro pretio quinquaginta solidorum Luce a te accepto, in presenti do et trado tibi prenominato emptori tuisque heredibus in perpetuum, ad habendum, tenendum et possidendum et in possessionem tuo nomine intrandum, et quicquid tibi et tuis heredibus deinceps placuerit tuo nomine faciendum. Ut nullam litem nullamque controversiam vel molestiam predictarum rerum nomine, quolibet modo, aliquo interprete, tu prenominatus emptor vel tui heredes a me vel a meis heredibus deinceps sustineant; ego ab omni quoque homine prescriptam rem semper legitime deffendere et auctorizare tibi et tuis fratribus et successoribus promitto. Et si ego vel mei heredes predicta omnia firmiter semper observare noluero, et hanc vendicionem quolibet modo infringere temptavero, pene nomine, predicte rei duplum eiusdem bonitatis et estimationis dare, omneque dannum tibi et tuis heredibus resarcire promitto; et insuper hoc venditionis instrumentum, ut supra legitur, omni tempore incorruptum tenere spondeo.

Actum in ecclesia sancti Iacobi in porta sancti Proculi, indictione predicta.

Prenominata Gisla predicta omnia, ut supra legitur, scribere mandavit.

Faber de Amardino, et Guido, et Gandulfinus de Petro de Spissi rogati testes sunt.

In presencia suprascriptorum testium predicta Gisla fecit cartam iure pignoris de braida sua de Cruce de Ruvoris in nomine ipsius emptoris et eius heredum ita si predictam venditionem esset ei molestatam, et ipsa venditrix eam legitime defendere et auctorizare nequiret, vel non potuerit, et dampnum aliquod ipse emptor vel eius heredes inde sustinuerit, vel si ipsa venditrix predictum precium ex integro ipsi emptori non reddiderit, quod liceat ipsi emptori suisque heredibus suo nomine in pignus intrare, et liceat ei predictum pignus vendere et alii pignorare, vel sibi tantum iusto precio retinere ut totum dannum sibi resarciat, superfluum debitrici reddat vel precium sib recipiat.

Romane legis ego Vido tabellio regis,
Hoc instrumentum scripsi ceu cetera centum.

CIV (752).

Busta n. 12'948, n. 32. Pergamena di mm. 250 × 145. Originale, coi caratteri scomparsi in parecchi punti.

Vendita di Aiclantina ad Adalberto monaco di S. Vittore di quanto essa possiede in S. Martino in Pozzatello.

Bologna, 1165, 13 novembre.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno domini nostri Ihesu Christi millesimo centesimo sexagesimo quinto, imperante domino Frederico romanorum imperatore semper augusto, tertio decimo die intrante mense novembris, indictione XIII. Constat me quidem fabrum de Amardino pro Aiclantina filia mea hoc vendicionis instrumento in presentiarum profecto dominii et proprietatis ac possessionis iure vendidisse et huius rei gratia tradidisse tibi donno Alberto accipienti in honorem Dei et ecclesie sancti Victoris et domni Martini eiusdem ecclesie prioris eiusque fratrum et successorum in perpetuum, idest omne quod habeo et teneo pro predicta filia mea et ei quoquomodo pertinet ad sanctum Martinum in Puzathello cum ingressu et egressu earum usque in via publicam vel cum omnibus super se et infra se habentibus in integrum; omnia, ut predixi, in integrum pro L solidis denariorum Luce in presenti vendo et concedo tibi prenominato donno Alberto accipienti pro predicta ecclesia et pro predicto donno priore eiusque fratribus et successoribus in per-

petuum ad habendum, tenendum, tenendum ac possidendum et quicquid vobis vestrisque successoribus exinde placuerit faciendum; ut nullam litem nullamque controversiam harum rerum nomine a me nec a prenominata filia mea nèque a nostris heredibus, ullo modo, quolibet interprete vos prenominati emptores vel vestri successores deinceps sustineatis, ego vero pro me et pro prenominata filia mea ab omni homine legitime defendere et auctorizare predictas res promitto. Et si ego vel predicta filia mea vel nostri heredes predicta omnia firmiter semper observare noluerimus, pene nomine, centum solidos Luce denariorum dare vobis vestrisque successoribus promitto; et insuper hoc vendicionis instrumentum, ut supra legitur, semper incorruptum tenere spondeo.

Actum in porta sancti Proculi, indictione predicta; et sua auctoritate intrent in possessionem.

Prenominatus faber pro se et pro filia sua hoc vendicionis instrumentum, ut supra legitur, scribere rogavit.

Et ipse faber fecit cartam iure pignoris de tota vinea sua quam habet desuper de sancto Proculo in persona predicti donni Alberti accipienti pro predicto priore et pro predicta ecclesia. Et si predicta eius filia non firmaverit istam vendicionem cum fuerit legitime etatis, vel si ipsa aliquo modo istam vendicionem molestaverit, liceat eis introire in possessionem predicti pignoris sua auctoritate et vendere et duplum predicti pretii sibi percipere sine omni occasione legis et iuris et usus.

Rambertinus de Petro de Gerardo, et Ugolinus de Dochessa, et Rogerius et Paucapalea rogati sunt testes.

Ego Albertus imperatoris Frederici notarius hoc instrumentum, ut supra legitur, scripsi.

CV (753).

Busta n. 12/948, n. 32. È la stessa del documento CIV (752).

Rinunzia di patronato sulla chiesa di S. Martino in Pozzatello da Aiclantina alla chiesa di S. Vittore.

Bologna, 1165, 13 novembre.

Anno Domini millesimo centesimo sexagesimo quinto, decimo tertio die intrante mense novembris, indictione XIII. In presentia bonorum hominum quorum nomina hec sunt scilicet: Rambertinus de Petro de Girardo, et Ugolinus de Dochisia, et Rogerius et Paucapalea, in istorum presentia faber de Amardino pro filia sua Aiclantina fecit finem et

refutationem de omni iure patronatus quod ipsa filia sua habet in ecclesia sancti Martini in Puzatello et facit predictam filiam suam facere istam refutationem ecclesie sancti Victori et donno priori qui tunc temporis fuerit eiusque fratribus et successoribus in perpetuum; cum ea fuerit eius etatis quod facere possit et si non fecerit facere istam refutationem, promisit se prestaturum per stipulationem penam centum solidorum Luce.

Actum in porta sancti Proculi, indictione predicta.

Ego Albertus imperatoris Frederici notarius interfui et scripsi.

CVI (754).

Busta n. 12/948, n. 37. Pergamena di mm. 250×155. Originale macchiato.

Rinnovazione di concessione livellaria di Landolfo abate di S. Stefano a Pietro di Natale sopra una casa in borgo S. Stefano.

Bologna, 1166, settembre.

† In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo sexagesimo sexto, inperante domino Federico romano inperatore anno inperii eius XI, mense septembris, indictione XIIII. Peticionibus enphiteocariis annuendo, ego quidem donnus Landulfus gratia Dei abbas sancti Stefani qui vocatur Ierusalem hoc enphiteosin instrumento presenti die do et concedo et renovacionem facio tibi Petro de Nathale filius quondam Bono Iohannis tuisque heredibus terram quamdam cum casa super se et curte post eam que est ex omni latere pedes quinquaginta septem: a capite a stratam publicam sancti Stefani sunt pedes XI, alio capite inter curte et casa sunt pedes undecim tres digiti minus, alio capite curte iuxta Conradum sunt pedes novem et semis; ab uno latere possidet Petro de Ezo, alio latere Enrico de Ribaldo, infra hos fines terra cum casa et curte que est in burgo sancti Stefani cum omnibus super se et infra se in integrum in presenti, renovacionis causa, do et concedo tibi prenominato enphiteocario tuisque heredibus ad habendum, tenendum ac possidendum et quicquid tibi deinceps placuerit, salvo iure dominii, faciendum. Et post tuam terciam progeniem exactam aliud enphiteosin instrumentum hoc modo renovetur; et huius rei nomine mihi et meis successoribus, gratia pensionis, in singulis annis in die sancti Iohannis de nativitate Domini denarium unum veronensem tu et tui heredes exibeatis. Ab omni quoque homine prescriptam rem legitime defendere et auctorizare tibi et tuis heredibus promitto. Si

qua verso pars que contra hanc enphiteosin facere presumpserit et non conservaverit omnia predicta, pene nomine, solvat alteri parti fidem servanti centum solidos Luce; et insuper omnia, ut supra legitur, semper firmiter teneat.

Actum in claustra de supradicta ecclesia, indictione predicta.

Prenominatus enphiteocarius hanc aperam, ut supra legitur, scribere rogavit.

Ugo causidicus de porta Ravenata, Scanabicco, Petrus causidicus filius Iohannis Bono de Odone rogati sunt testes.

Ego Rodulfus tabellio hanc aperam, ut supra legitur, complevi et scripsi.

CVII (755).

Busta n. 13 949, n. 4. Pergamena di mm. 285 × 190. Originale offeso nel margine sinistro.

Rinnovazione di concessione livellaria da Landolfo abate di S. Stefano a Guido e Lamberto figli di Pietro Buono di Fuscherado sopra terre in Bologna.

Bologna, 1168, 15 ottobre.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo sexagesimo octavo, inperante domino Federico romano inperatore anno inperii eius XIII, septimo decimo kalendas octubris, indictione prima. Peticionibus enphiteocariis annuendo ego quidem donnus Landulfus gratia Dei abbas sancti Stefani qui vocatur Ierusalem cum consilio et voluntate donno Petro presbitero et monacho, et donno Rainerio monacho et dihaccono et plurium aliorum mo[nachorum] hoc enphiteosin instrumento presenti die renovacionis causa do et concedo vobis Guido *** et Lamberto filios quondam Petri Bono de Fuscerado vestrisque heredibus idest hoc quod [vos] habetis et tenetis per cartam enphiteosin a supradicta ecclesia terra cum casa super se et terra vacua; a stratam usque a capite iuxta Redulfinum de Calanco ab uno latere possidet ipsum Redulfinum, alio latere terra que fuit fundum fossati, infra hos fines, ut predixi, cum omnibus super se et infra se in integrum in presenti iure enphiteotico renovacionis causa do et concedo vobis prenominatis [enphi]teocariis vestrisque heredibus. Et insuper do et concedo vobis iuxta vos usque a medietate fossati a capite iuxta Tancredum Tursapullo usque a capite secundum quod vos habetis et tenetis a capite super dictum Redulfinum tamen salvo xoito communo. Omnium, ut predixi, in[fra *] confines in integrum in presenti do

et concedo vobis prenominatis enphiteocariis [vestris]que heredibus ad habendum, tenendum ac possidendum et quicquid vobis deinceps pla[cuerit], salvo iure dominii, faciendum. Et salvo tamen racione quattuor librarum Venecie ** fuerint retenpte ad emptores qui emerint predicta terra a supradicta ecclesia. Et post vestram terciam progeniem exactam aliud enphiteosin instrumentum hoc modo renovetur: et huius rei nomine michi et meis successoribus, gratia pensionis, in singulis annis denarios tres Luce in die sancti Iohannis de nativitate Domini vos et vestri heredes exibeant. Ego vero prescriptam rem ab omni homine semper legitime defendere et auctorizare vobis et vestris heredibus promitto. Si qua vero pars que contra hanc enphiteosin ire temptaverit et non conservaverit omnia predicta, pene nomine, solvat alteri parti fidem servanti XX librarum Luce; et insuper omnia, ut supra legitur, semper firmiter teneat.

Actum apud casam et infirmaria de supradicta ecclesia, indictione predicta.

Prenominati vero enphiteocarii hac aperam scribere rogaverunt.

Albericus causidicus, Petrus de Bombello, Lethoicus filius Cotegella, Cazolus et Iohannes filios Rodaldi rogati sunt testes.

Ego Rodulfus tabellio hanc aperam, ut supra legitur, scripsi.

CVIII (756).

Busta n. 13/949, n. 13. Pergamena di mm. 275 × 130. Originale.

Rinnovazione di concessione livellaria da Landolfo abate di S. Stefano a Enrico di Ugo e a Felicita sua sorella sopra una casa in borgo S. Stefano.

Bologna, 1169, 15 ottobre.

† In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo sexagesimo nono, inperante domino Federico romano inperatore anno inperii eius XIIII, idus octobris, indictione II. Peticionibus enphiteocariis annuendo, ego quidem donnus Landulfus gratia Dei abbas sancti Stefani qui vocatur Iherusalem hoc enphiteosin instrumento presenti die renovacionis causa do et concedo tibi Enrico de Ugonis de Cristina accipienti pro Felicite sorori tue suisque heredibus integram nostram racionem quam habemus in terram cum casa super se quem predicta Felicita habet et tenet in burgo sancti Stefani ad terram be orto de osspicio usque a stratam sancti Stefani cum omnibus super se et infra se in integrum. Salva tamen carta renovacionis quem fecimus a Rolandum de Bilia ac-

cipienti pro Luchese filia eius de omne quod Bezo habuit et tenuit per enphiteosin a supradicta ecclesia. In presenti, ut predixi, cum consensu et voluntate donno Bononio priori, et donno Petro, et donno Rainerio et ceteris aliis fratribus et monachis eiusdem ecclesie do et concedo tibi [omnem] racionem de predicta terra cum casa super se prenominate Felicite suisque heredibus causa renovacionis ad habendum, tenendum ac possidendum, et quicquid sibi et suis heredibus deinceps placuerit, salvo iure dominii, faciendum; et post suam terciam progeniem exactam aliud enphiteosin instrumentum hoc modo renovetur. Et mihi et meis successoribus, gratia pensionis, in singulis annis denarium unum Luce ipsa et eius heredes exibeant. Ab omni quoque homine prescriptam rem legitime defendere et auctorizare predicte Felicite et eius heredibus promitto. Si qua vero pars que contra hanc enphiteosin ire temptaverit et non conservaverit omnia predicta, pene nomine, solvat alteri parti fidem servanti centum solidos Luce. Et insuper omnia, ut supra legitur, semper firmiter teneat.

Actum in claustra de supradicta ecclesia, indictione predicta II.

Prenominatus Enricus receptore in vice supradicta sorori eius hanc aperam, ut supra legitur, scribere rogavit.

Enricus causidicus legis doctor, Lambertus filius Petri Bono de Fusscerado, Hiaccobus filius quondam Calanci, et donnus Azo presbitero sancti Damiani, et donno presbitero abbate rogati sunt testes.

Ego Rodulfus tabellio hanc aperam, ut supra legitur, complevi et scripsi.

CIX (757).

Busta n. 35/971, n. 58. Pergamena di mm. 290 × 150. Originale con tutto il margine sinistro superiore corroso dall'umidità.

Concessione livellaria di Landolfo abate di S. Stefano a Guido notaio sopra un casamento.

Bologna, 1169.

[** Anno millesimo] centesimo sexagesimo nono, decimo die intrante ***** [indictione] secunda. Ego quidem Guido notarius profiteor me accepisse ***** Lan[dulfo] abbate sancti Stephani qui vocatur Ierusalem pro me ***** ibi eiusdem ecclesie monachis scilicet domno *** Guidone filio Ingilinde, et domno *** tino filio Giberti et Preite hospitale[rius] *** [casam]entum unum positum subtus ecclesia sancti **** et becariorum, scilicet quantum ***** duodecim mensuratis olim datis Bombo *** et Petro Pizone, et in longitudine quam ***. Confines vero eius sunt: a mane est via publica *** et calzolariorum et becariorum, a

sero possidet hospitale [sancti Ste]phani, ab aquilone possidet Petrus Bonus et Petrus Pixone, et si qui alii confines sunt. Ut liceat mihi habere ac possidere et quicquid mihi meisque heredibus deinceps placuerit meo nomine, salvo iure dominii, facere usque in terciam personam expletam et quarta ad renovandum. Et omni anno debeo prestare vobis pensionem, pro uno quoque cluso, blancum unum vobis ac vestris successoribus in festivitate sancti Iohannis de nativitate Domini sub pena novem librarum et decem solidorum.

Prenominatus Guido notarius hanc aperam, ut supra legitur, scribere rogavit.

Petrus de Oddo iudex, Hospinellus de Petro de Mele, Raimundus Marzolus, Petrus de Rambertino, Tebaldus, Otavianus, Preite hospitalerius investitor, rogati sunt testes.

Ego Albertus imperatoris Frederici notarius hanc aperam, ut supra legitur, scripsi et firmavi.

CX (758).

Busta n. 13/949, n. 16. Pergamena di mm. 245 × 140. Originale.

Rinnovazione di concessione livellaria di Landolfo abate di S. Stefano a Ildebrandino, Osto, Enrichetto, Pietro, Gaidrano, Guinizo sopra trentasei tornature di terra in Casamarzano.

Bologna, 1170, 11 maggio.

† In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo septuagesimo, inperante domino Federico romano inperatore anno inperii eius XV, quinto idus madii, indictione III. Peticionibus enphiteocariis annuendo ego quidem donnus Landulfus gratia Dei abbas sancti Stefani qui vocatur Ierusalem hoc enphiteosin instrumento presenti die renovacionis causa do et concedo vobis Ildebrandino et Osto germanos filios Iohannis Bono de Redulfo de Gazo in medietate de quinque porcionibus, atque Enrichicto et Petro et Gaidrano germanos filios Savori de Gazo in alia medietate de quinque porcionibus, sitque Guinizo filius quondam Redulfi in sexta porcione vestrisque heredibus idest triginta quinque tornaturias et dimidia terre aratorie in loco Casamarzano . A mane possidet Avolnani de ipsa iura, a sero terra sancti Vitalis, de super Petro Balbo, de subto possidet Petro Bono. Infra hos fines, ut predixi, tornaturias triginta et dimidia a pertica decimpedas legitima mensurata cum omnibus super se et infra se in integrum, cum ingressu et egressu earum usque in viam publicam in presenti iure enphiteotico renovacionis causa do et concedo vobis prenominatis enphiteocariis vestrisque heredibus usque in terciam progeniem exactam et post vestram

terciam progeniem transactam aliud enphiteosin instrumentum hoc modo renovetur, et mihi et meis successoribus, gratia pensionis, in singulis annis denarios duos Luce et decimum fructus ipsius terre vos et vestri heredes exibeant. Ab omni quoque homine prescriptam rem legitime defendere et auctorizare semper vobis et vestris heredibus promitto. Si qua vero pars que contra hanc enphiteosin facere presumpserit et non conservaverit omnia predicta, pene nomine, solvat alteri parti fidem servanti centum solidos Luce; et insuper omnia, ut supra legitur, semper firmiter teneat.

Actum in claustra de supradicta ecclesia, indictione predicta.

Prenominati vero enphiteocarii hanc aperam, ut supra legitur, scribere rogaverunt.

Rodaldus de Milano, Rodaldus causidicus nepos Andree de Panigale, Bonus Iohannes Vago, Donusdei diiacconus de Vitaliacula, presbiter Blasius sancti Stefano rogati sunt testes.

Ego Rodulfus tabellio hanc aperam, ut supra legitur, complevi et scripsi.

CXI (759).

Busta n. 13/949, n. 27. Pergamena di mm. 300×165. Originale con il margine destro corroso.

Rinnovazione di concessione livellaria di Landolfo abate di S. Stefano a Viviano sopra una casa posta in Borgo Nuovo.

Bologna, 1173, 6 febbraio.

† In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno ab Incarnatione domini nostri Ihesu Christi millesimo centesimo septuagesimo tercio, regnante Phederico imperatore romanorum, octavo [idus februarii, in]dictione sexta. Petitionibus enphyteoticariis annuendo, ego quidem donnus Landulfus [Dei gratia] abbas de monasterio sancti Stephani quod vocatur Ierusalem hoc enphyteosim instrumento presenti die causa renovacionis do et concedo tibi Viviano tuisque heredibus, scilicet domum unam positam in Burgo Novo cum ingressu et egressu suo usque in via publica vel cum omnibus super se et infra se habentem in integrum. Cuius confines sunt: ab uno latere possidet Ruibanus et sunt pedes quinquaginta et duo et semisso uno alio latere possidet Blasius et sunt pedes totidem, ab uno capite possidet predictus Ruibanus et sunt pedes XII, alio capite plateam que pergit ad stratam Maiorem et ad stratam sancti Stephani et sunt ** vel si qui alii adfines sunt. Ab omni latere iura sancti Stephani. Omnia, ut predixi, in presenti ca[usa reno]vationis

tibi prenominato enphyteoticario concedo ad tenendum, et utendum et quicquid tibi et tuis heredibus [placue]rit, salvo iure dominii, faciendum. Et liceat tibi et tuis heredibus in kalendis martii singulis annis, pro [pensionis] nomine, medium denarium Luce mihi et mei successoribus exibeatis. Et post vestram terciam personam exactam [novum] enphyteosim instrumentum hoc ordine renovetur. Ego vero et mei successores predictam rem legitime [defende]re et auctorizare tibi et tuis heredibus promitto. Et si ego vel mei successores predicta omnia [firmiter] semper observare noluerint penam centum solidorum denariorum Luce tibi et tuis heredibus dare promitto. Et insuper hoc [instrumentum], ut supra legitur, semper incorruptum tenere spondeo.

Actum in claustro predicta ecclesia, indictione predicta VI.

Prenominatus enphyteoticarius hanc apperam, ut supra legitur, scribere rogavit.

Rodaldus iudex, Garsidonius de Bavoso, Petrus de Vituperado, Petro Bonus, Aldrevandinus Tusco [rogati sunt testes].

Ego Guinizus tabellio hoc instrumentum, ut supra legitur, scripsi et complevi.

CXII (760).

Busta n. 13 949, n. 27. La pergamena è la stessa del documento CXI (759).

Rinnovazione di concessione livellaria di Landolfo abate di S. Stefano a Malpagato sopra una casa posta in Borgo Nuovo.

Bologna, 1173, 6 febbraio.

† In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno ab Incarnacione Domini nostri Ihesu Christi [millesimo] centesimo septuagesimo tercio, regnante Federico imperatore romanorum, octavo idus februarii, [indictione sexta]. Petitionibus enphyteoticariis annuendo, ego quidem donnus Landulfus Dei gratia [abbas de mona]sterio sancti Stephani quod vocatur Ierusalem hoc enphyteosim instrumento presenti die renovacionis causa [do et concedo tibi] Malpagato tuisque heredibus scilicet domum unam posita in Burgo Novo post ortum predi[cti monas]terii, cum ingressu et egressu suo usque in via publica vel cum omnibus super se habentem in integrum. Cuius confines sunt: ab uno latere possidet Albertus de Nerbona, alio latere possidet ** Sabadino, ab uno capite orto sancti Stephani, alio capite plateam que pergit ad stratam Maiorem et [ad stra]tam sancti Stephani, vel si qui alii adfines sunt; ab omni latere iura sancti Stephani. Omnia, ut predixi, [in presen]ti causa renovacionis tibi prenominato enphyteo-

ticario concedo ad tenendum et utendum et quicquid tibi et tuis heredibus placuerit, salvo iure dominii, faciendum; et liceat tibi et tuis heredibus in kalendis marcii singulis annis [pens]ione nomine, medium denarium Luce mihi et mei successoribus exibeatis. Et post vestram terciam personam ex[actam no]vum enphyteosim instrumentum hoc ordine renovetur. Ego vero et mei successores predictam rem [firmiter] defendere et auctorizare tibi et tuis heredibus promitto. Et si ego vel mei successores [predicta] firmiter semper observare noluerint penam centum solidorum denariorum Luce tibi et tuis heredibus dare [promittimus]. Et insuper hoc enphyteosim instrumentum, ut supra legitur, semper incorruptum tenere spondeo.

Actum in claustro [predicte ecclesie], indictione predicta VI.

Prenominatus enphyteoticarius hanc apperam, ut supra legitur, scribere rogavit.

Rodaldus iudex, Phylippus Pegolottus, Iacobus de Birulfo, Soldaderius, Albertus de Mittifoco, Leporonus, Tebaldus, Petrus de Vistolo, rogati sunt testes.

Ego Guinizus tabellio hoc instrumentum, ut supra legitur, scripsi et complevi.

CXIII (761).

Busta n. 13/949, n. 28. Pergamena di mm. 185×165. Originale.

Rinnovazione di concessione livellaria di Landolfo abate di S. Stefano a Guido, Oliviero e Ildebrando figli di Ugo, ed Azzone, Gerardo, Raimondo, Pietro e Guido figli di Ugo d'Alberto sopra una casa posta in Borgo Nuovo.

Bologna, 1173, 6 febbraio.

† In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno ab Incarnatione domini nostri Ihesu Christi millesimo centesimo septuagesimo tercio, regnante Phederico imperatore romanorum, octavo idus februari, indictione sexta. Petitionibus emphyteoticariis annuendo ego quidem donnus Landulfus gratia Dei abbas ecclesie sancti Stephani que vocatur in Ierusalem hoc emphyteosin instrumento presenti die renovationis causa do et concedo vobis Guido et Auliverio et Ildebrando filios Ugoni de Laurentio, atque Azo et Girardo qui vocatur Barone, et Raimundo et Petro olim filios Ugoni de Alberto qui vocatur Laurentio, et Guidone nepoti vestro vestrisque heredibus, scilicet domum unam positam in Burgo No (1) post ortum

(1) Così ha il testo per *Novo*.

predicta monasterii cum ingressu et egressu suo usque in via publica vel cum omnibus super se et infra se habentem in integrum. Cuius confines sunt: ab uno latere possident heredes de Torta, alio latere possidet Sardella, ab uno capite orto sancti Stephani, alio capite plateam que pergit ad stratam Maiorem et ad stratam sancti Stephani, et si qui alii adfines sunt ab omni latere iura sancti Stephani. Omnia, ut predixi, in presenti causa renovationis vobis prenominatis emphyteoticariis concedo ad tenendum et utendum et quicquid vobis vestrisque heredibus, salvo iure dominii, placuerit faciendum; et liceat vobis vestrisque heredibus in kalendis marcii, singulis annis, pro pensionis nomine, medietatem denarii Luce predicte ecclesie offerre; et post vestram terciam personam exactam novum emphyteosim instrumentum hoc ordine renovetur. Preterea concedo vobis vestrisque heredibus usum et utilitatem muri nostri positi retro predictam domum eodem pacto et conditione quo antea concessimus et inrevocabiliter confirmamus. Ego vero et mei successores predictam rem legitime defendere et auctorizare vobis vestrisque heredibus promitto. Et si ego vel mei successores predicta omnia firmiter semper observare noluerimus penam centum solidorum denariorum Luce vobis vestrisque heredibus promitto. Et insuper hoc emphyteosim instrumentum, ut supra legitur, semper incorruptum tenere spondeo.

Actum in claustro predicta ecclesia, indictione predicta VI.

Prenominati emphyteoticariis hanc apparam, ut supra scriptum est, scribere rogaverunt.

Rodaldus causidicus, Phylippus Pegolottus, Iacobus de Birulfo, Soldaderius, Albertus de Mittifoco, Manfredinus, Leporone, Tebaldus, Petrus de Vistolo, Guido de Malanocte rogati sunt testes.

Ego Guinizus tabellio hoc emphyteosin instrumentum, ut supra legitur, scripsi et complevi.

CXIV (762).

Busta n. 35/971, n. 59. Pergamena di mm. 215×140. Originale macchiato nel margine sinistro.

Rinnovazione di concessione livellaria di Landolfo abate di S. Stefano a Buvalello sopra una casa presso l'ospedale di S. Stefano.

Bologna, 1173, 12 maggio.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno ab Incarnatione domini nostri Ihesu Christi millesimo centesimo septuagesimo tercio, regnante Federico imperatore romanorum, quarto idus madii, indictione VI. Petitionibus enphyteoticariis annuendo ego quidem dom-

nus Landulfus gratia Dei habbas de monasterio sancti Stephani quod vocatur Ierusalem presentibus monachis scilicet donnus Tebaldus presbiter et monachus, et donnus Iohannes Basano presbiter et monachus, et donnus Rainerius presbiter et monachus, et presbiter Blasius, et donnus Amiratus monachus et diaconus hoc instrumento causa renovationis do et concedo tibi Buvalello domum que est iuxta hospitale cum ingressu et exitu suo usque in via publica vel cum omnibus super se et infra se habentem in integrum. Cuius confines sunt: ab uno latere predictus hospitale, alio latere possidet Blasius, ab uno capite ortum predicti hospitalis, alio capite via publica; vel si qui alii adfines sunt. Et insuper concedo tibi iure enphyteosin de orto, qui est post ipsam domum et post domum Blasii, duas partes de eo quod continetur infra his lateribus: ab uno latere soidum quod currit ad stratam Maiori, alio latere sicuti tenet predictam domum, ab uno capite predicta domum, alio capite possidet Burellus, duas partes concedo iuxta te acceptore, ad habendum, tenendum et [quicquid] tibi deinceps placuerit, salvo iure dominii, faciendum. Et post terciam personam exactam aliud enphyteosin hoc ordine renovetur; et huius rei nomine mihi et meis successoribus, singulis annis, in kalendis marcii, pensionis nomine, pro renovatione domus et concessione orti, tres denarios Luce solvatis. Ego vero prescriptam rem ab omni homine semper legitime defendere et auctorizare tibi et tuis heredibus promitto. Et si ego vel mei successores predictam rem legitime defendere et auctorizare noluerimus, pene nomine, duplum huius rei dare promitto. Et insuper hoc enphyteosin instrumentum, ut supra legitur, semper incorruptum tenere spondeo.

Actum in cimiterio eiusdem ecclesie, indictione predicta VI.

Et insuper predictus abbas concessit ei vero sua auctoritate ingredere possessione.

Prenominatus abbas hoc instrumentum scribi rogavit.

Donnus Aranius de sancto Bartholo et donnus Albericus iudex rogati sunt testes.

Ego Guinizus tabellio hoc instrumentum scripsi et complevi.

CXV (763).

Busta n. 13/949, n. 31. Pergamena di mm. 215×160. Originale.

Testamento di Pagano da Stagnano.

Bologna, 1173, giugno.

In nomine Dei eterni. Anni eiusdem millesimo centesimo LXXIII, mensis iunii, indictione VI, regnante Federico imperatore. In testa-

mentis et in ultimis voluntatibus quicquid homo legaliter instituerit hoc firmum et stabilem permanere debet, igitur in Dei nomine ego Paganus da Stagnano volo et iudico pro anima mea ad sepulturam solidos V, ecclesie sancte Marie de Montebelio octo solidos, ecclesie sancti Iocobi tres solidos, ecclesie sancti Alberti duos solidos, ecclesie sancti Apolenaris unam peciam terre boscive in Farneto de Parviliao que est de precharia ipsius ecclesie, et Ianello iudico una pecia in Stagnano retento *** et volo et iudico ut Maria et Burga neptes mee habeant terciam partem totius mee proprietatis et medietatem de illa possessione quam habeo ex parte uxoris mee et medietatem de precharia sancti Apolenaris ** de tertia parte de precaris que dicitur in femina hoc fiant mee heredes et ex hoc fiat tacite omnium aliarum rerum ita ut persolvant te[rciam] partem debiti mei. De omnibus aliis meis bonis mobilibus et inmobilibus de propriis et condicticiis qualicumque modo habere videor, preter unam peciam que est Stagnano que fiat Ianelli, volo et iudico ut Widonem filium meum fiat meum heredem et persolvat duas partes mei debiti. Et volo et iudico ut qualibet pars hoc quod iudicatum habeo non tenuerit non fiant heredes nisi de legitima, cetera re redeat in illis qui hoc observaverint, nam hec est mea voluntas.

Actum ad Serlam.

Predictus Paganus, ceu prelegitur, scribere rogavit.

Huius testamenti testes interfuerunt presbiter Raynerius, magister Albertus diaconus, Ugolinus de Ciliano et eius filius Gerardus, Rodulfus iudex, Petrus filius Azonis da Serla, Albertus de Fusco, Iohannes filius Enrici.

Ego Tethysius sacri palacii notarius scripsi, et complevi, et emendavi.

CXVI (764).

Busta n. 14/950, n. 9. Pergamena di mm. 195 × 165. Originale con il margine sinistro corroso.

Concessione livellaria di Rainaldo prete ai coniugi Rusticello e Cesaria sopra un appezzamento di terra in Poggio d'Arca.

Bologna, 1175, 13(?) gennaio

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno ab Incarnatione Domini nostri Ihesu Christi millesimo centesimo septuagesimo quinto, imperante domino Frederico romanorum imperatore anno vicesimo primo imperii eius, ** idus ianuarii, indictione octava. Peticionibus enphiteocariis annuendo, ego quidem presbiter Rainaldus de sancto Georgio

*** voluntate et consensu Gasdie et Nicole presenti die hoc enphiteosin instrumento [vendimus] et concedimus tibi Rusticello et Cesarie uxori tue vestrisque heredibus, idest unam petiam terre aratorie in Poio de Arca cum ingressu et egressu suo usque in viam publicam et cum omnibus super se et infra se habentem in integrum. Cuius vero confines sunt huiusmodi: a tribus lateribus possidet ipse emptor, a quarto latere est via publica; et si qui alii confines sunt. Omnia vero, que prediximus, in integrum in presenti vendimus et concedimus tibis (*sic*) prenominatis enphiteocariis vestrisque heredibus, causa emendi librum unum predicte ecclesie, ad habendum, tenendum ac possidendum, et quicquid vobis et ves[tris heredjibus deinceps placuerit, salvo iure dominii, faciendum usque in terciam personam peractam; et [post] vestram tertiam personam peractam huiusmodi enphiteosin instrumentum hoc modo innovetur datis a vobis duodecim denariis Luce nobis et nostris successoribus. Et huius rei nomine mihi et meis successoribus liceat vobis et vestris heredibus singulis quibusque annis in mense marcii, pensionis gratia, denarium unum Venetie exhibere. Nos vero ab omni quoque homine prescriptam rem semper legitime defendere et auctorizare vobis et vestris heredibus promittimus. Et si nos vel nostri fratres et successores predicta omnia firmiter semper observare noluerimus, et hanc enphiteosin modo quolibet infringere temptaverimus, pene nomine, predicte rei duplum eiusdem bonitatis et estimationis dare omneque dampnum vobis et vestris heredibus resarcire promittimus, et insuper hoc enphiteosin instrumentum, ut supra legitur, omni tempore incorruptum tenere spopondimus.

Actum in curia sancti Ambrosii, indictione predicta.

Prenominati domini hoc enphiteosin instrumentum, ut supra legitur, scribere rogaverunt.

Symon causidicus, et Madius, et Ubertinus de Parma rogati sunt testes.

Romane legis ego Guido tabellio regis,
Hoc instrumentum scripsi ceu cetera centum.

CXVII (765).

Busta n. 14/950, n. 18. Pergamena di mm. 295 × 165. Originale guasto nel margine destro.

*Sentenza del causidico Rodaldo in una lite tra il sacerdote della chiesa di *** da una parte e Ginibaldo e Pietro dall'altra.*

Bologna 1177, 12 gennaio.

Anno Domini millesimo centesimo septuagesimo septimo, regnante domino Frederico Dei gratia romanorum imperatore anno vicesimo

secundo imperii eius, pridie idus ianuarii, indictione decima. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Rodaldus causidicus ex voluntate donni Landulfi abbatis sancti Stefani ex consensu ** cognitor cause que vertitur inter donnum ** presbiterum ecclesie sancti Mim *** [ex] una parte et Ginibaldum et Petrum ex alia parte de omnibus rebus *** que res sunt posite in vico Russi et in eius pertinentiis videlicet una petia terre iuxta [*** secunda iuxta] Ginibaldum et Petrum, et tertia petia est iuxta predictum Ginibaldum, quarta petia est in clausura Aldebrandini, quas predictas res iam dictus presbiter dicebat se possidere, et e contrario Ginibaldus et Petrus asserunt easdem res possidere. Visis et auditis alegationibus et testibus utriusque partis et diligenter inspectis pronuntio predictum presbiterum potiorem esse in possessione omnium predictarum rerum et predictum presbiterum a petitionibus eorum absolvo.

Actum in claustra sancti Stephani, indictione predicta decima.

Petrus causidicus, et Gratiadeus de Giberto, Ugo de Grana, et Landus de Flesso, et Taruffolus, et Albricolus, et Ildebrandus et Rambertinus *** huic sententie ad audiendum interfuere et huius rei testes rogati sunt.

Ego Anselmus tabellio rogatus a predicto iudice interfui et scripsi et emendavi et aliis tribus petia ita scripsi una est posita in loco Zuncheti iuxta heredes Homodei et iuxta Tancredum, secunda petia est ultra fluvium Ysicis iuxta terra predicte ecclesie et iuxta Ginibaldum, tertia petia est iuxta Bassaguerram et iuxta ortum predicte ecclesie.

CXVIII (766).

Busta n. 35/971, n. 64. Pergamena di mm. 285 × 190 (ne' suoi lati maggiori). Originale frammentario e mutilato orribilmente.

Vendita di una vigna e di un orto da Enrigetto minorenne a Landolfo abate di S. Stefano.

Bologna, 1177, 15 aprile (*)

**** et omne dampnum re **** soluta pena remaneat hoc instrumentum firmum ***** [Pre]ndiparte et eius mandato qui est tutor testamentarius **** et insuper prephatus Wido iureiurando corporaliter **** firmavit supradictam venditionem vinee et orti se per-

(1) La data dell' atto è indicata dall' indizione, che è l'ottava, e dal nome dell' abate Landolfo, il quale, come risulta dai documenti, è stato abate di S. Stefano dall'anno 1163 al 1181; ora in questo periodo di tempo l' indizione ottava cade nell' anno 1177.

petuo firmam te[nere *** nul]lo tempore contra eam venire vel occasione minoris etatis vel ab omni modo amplius **** solutum se perpetuo esse contentum iuravit. Et similiter eodem iureiurando se **** quod quando predictus frater eius Enrigittus ad etatem quattuordecim annorum perv[eniat***] eum facere cartulam predictam venditionis et faciet eum iurare predictam vendit[ionem] **** firmam tenere, et quod precium pro predicta re Widoni fratri suo solutum vel **** nullo tempore amplius petat. Et si frater eius Enrigittus predicta omnia firmiter observare noluerit predictus Wido pro hac re pignore obligavit suam partem braide de ve ***** donnum abbatem molestare de predicta sua parte braide iureiurando *** firmavit.

Actum in cimiterio sancti Stephani, indictione VII[I]

[Wido] pro se et pro fratre Enrigitto hoc instrumentum scribere rogavit

***** facto ***** [Landul]fo abbati sancti Stephani *** eo quod habet in ***** quadraginta libras **** predictam venditionem quam **** re et si contra venerit et predictus venditor Enrigittus ** et concessit licentiam ** possidendi predicti pignoris sua auctoritate et ** vel alii pignus vel sibi retinere *** [occ]asione legum remota et se domnum abbatem *** pignus nullo tempore amplius molestare promisit.

Orlandus veter **** us, et Petrus Oddonis et Albericus de Aldia, et Landulfinus, et magister Ubaldu[s ****]s, et Ugo de Grana rogati sunt testes.

XVII kalendas madii, indict[ione o]ctava. In presentia Musi et Petri de Garsinda consules Bononie, et Buvalelli, et P *** Rolandini de Birulfo, et presbiteri Blasii, et Tebaldi et aliorum quam plurium Prendipart[e] tutor Enrigitti, et Wido filius Tantidenari fuerunt confessi quod bene erat eis solutum quinquaginta duas libras Luce pro predicta venditione ab abbate sancti Stephani.

Ego Winizus tabellio huic instrumento rogatus interfui, scripsi et complevi.

CXIX (767).

Busta n. 14/950, n. 28. Pergamena di mm. 215 × 160. Originale gravemente offeso dall' umidità.

Vendita di un appezzamento di terra da Grimaldello e dalla sua nipote Gasdia a Morando di Panigale.

Bologna 1179, 23 aprile.

[In nomine sancte et] individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo septuagesimo nono, imperante Frederico [secundo imp]eratore

semper augusto, nono kalendas madii, indictione duodecima. Constat me quidem Gri|maldellus| de sancto Vitale de Polecino tutorio nomine pro Gasdia nepte mea filia Guidolini fratris |mei| *** nomine ipsi pupille factum a fratre meo, nec est in hereditate eius unde ***** et solvi possit, auctoritate consulum Bononie Mariscotti, Guidonis ** Prindipartis, Vincinimici et Guidonis de Romancio, tunc iudicis communi|tatis, hoc vendicionis| instrumento in presentiarum profecto dominii, proprietatis ac possesionis |vendidisse| et huius rei gratia tradidisse tibi Morando de Panicali tuisque heredibus [** petiam] terre aratorie [in curte Panicalis] in loco ubi dicitur Pelosolum **** cum omnibus super se et infra se habentem [**** cuius confines sunt| **** possident heredes Ardicionis Lambertacii, a sero **** et aquilone vie publice. Et si qui alii af[fines sunt] omnia que infra hos fines continentur in integrum, in presenti pro precio quinque librarum de Pisis vendo tibi prenominato emptori tuisque heredibus in perpetuum ad habendum, tenendum et [possiden]dum, et quicquid tibi tuisque heredibus deinceps placuerit faciendum. Ut nullam litem nullamque controversiam huius rei nomine a me vel a meis heredibus aut ab ipsa nepte mea vel eius heredibus ullo modo, quolibet interprete, tu prenominatus emptor vel tui heredes sustineant ab omni quoque homine predictam rem legitime defendere et auctorizare semper tibi tuisque heredibus promitto. Et si ego vel predicta neptis mea aut nostri heredes predicta omnia firmiter semper observare noluerimus et legitime non defensaverimus, pene nomine, duplum eius rei eiusdem bonitatis et estimationis tibi tuisque heredibus darę promitto; et insuper hoc venditionis instrumentum, ut supra legitur, incorruptum conservare spondeo. Insuper in presentia predictorum consulum iuravit corporaliter quod pro debito predicti fratris sui, quod ostendebat in una cautione facta per Albertum notarium quod erat quattuor librarum et XV solidorum Luce, vendebat ipsam terram, et iuravit quod illud debitum illius cautionis non erat solutum, et in hereditate predicte neptis sue non erat in rebus mobilibus unde illud debitum solvi possit, que omnia iuravit Grimaldellus uno sacramento.

Actum sub domo comunis Bononie, indictione predicta.

Prenominatus venditor hoc venditionis instrumentum, ut supra legitur, scribere rogavit.

Iohannes de Ocellis, Ugo de Dindo, Sigifredus de Porta de Castello, Scillus de Vignole rogati sunt testes et mandavit ei intrare in possessionem sua auc|toritate] *** est pretium sibi esse solutum.

Lambertus notarius hoc vendicionis instrumentum, ut supra legitur, scripsit.

CXX (768).

Busta n. 14 950, n 29. Pergamena di mm. 230 × 165. Originale macchiato.

Rinnovazione di professione enfiteutica rilasciata a Landolfo abate di S. Stefano da Bagarotto sopra terre nel monte di S. Vittore.

Bologna 1179, maggio.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo septuagesimo nono, regnante domino Frederico Dei gratia romanorum imperatore, anno vigesimo quarto imperii eius, mense madii, indictione duodecima. Ego quidem Bagarottus prophiteor me in enphiteosin perpetua a te donno Landulpho abbate sancti Stephani renovationis causa pro me meisque heredibus, pro pensione denarium unum veronense singulis annis in kalendis marcii, accepisse omne quod ego emi ab Albrigitto in monte sancti Victoris que quondam detenta fuit a Saraceno qui fuit avus quondam Iohannis Canis. Ut liceat mihi habere, tenere ac possidere et quicquid mihi meisque heredibus deinceps placuerit, salvo iure dominii tui, facere usque in terciam personam exactam, in quartam vero predictam enphyteosin renovare.

Fines cuius sunt huiusmodi: a sero possident heredes Gambarillini, ab aquilone adiacet terra sancti Stephani, a meridie possidet sanctus Victor, a mane est via publica.

Actum in claustro sancti Stephani, indictione predicta.

Prenominatus Bagarottus hanc aperam, ut supra legitur, scribere rogavit.

** Rodulfus presbiter de Miserazano, et Petrus de Oddo, et Girardus de Ulzano rogati sunt testes.

Ego Anselmus tabellio rogatus interfui et scripsi.

CXXI (769).

Busta n. 35/971, n. 73. Pergamena di cm. 260 × 240. Originale mutilo nel mezzo e nella parte inferiore.

Composizione di una vertenza tra l'abate Tebaldo del monastero di S. Stefano e i fratelli Petrocino e Ottaviano.

Bologna 1181, 7 agosto.

A[nno Domini] millesimo centesimo octuagesimo primo, regnante domino Frederico Dei gratia romanorum imperatore, anno vigesimo septimo imperii eius, septimo idus augusti, indictione XIIII. Cum

proclamatus esset Melior sindicus ecclesie sancti Stephani ante iudices communis Bononie de filiis Amici Turtilliani, de clausura posita in villa sancti Georgii, et de domo posita in castro Varegnane que antiquitus donnicata vocabatur, et de multis atrocissimis iniuriis ab eis ecclesie sancti Stephani illatis, et predictis fratribus a iudicibus communis Bononie vocatis venientibus sed liti in toto renuntiantibus, ante donnum Tebaldum sancti Stephani abbatem venerunt et prestitis pignoribus eius mandatis de tota predicta lite se finem omni tenore subposuerunt. Postea a predicto abbate predicti fratres vocati: Petrocinus et Octavianus, tam pro se quam pro fratre suo Azone, coram eo se representaverunt et de tota predicta lite sicut primo promiserant, iterum venientes isti duo prenominati tam pro se quam pro fratre suo Azone sub pena ammissionis pignorum idem confirmaverunt. Unde isdem domnus abbas recipiens ad refutationem factam ab Amico Tertilliano et a filiis eius **** Landulfo ** posita in villa sancti Georgi, quam predictus donnus abbas ab eis petebat, similiter *** fratribus de predicta domo posita in castro Varegnane que ab antiquo **** fuerunt se nullo interprete ab aliquo abbate ullam concessionem vel rationem habuisse *** licuit per publica instrumenta quibus continetur predicti fratres pro dicta terra et domo iam dicto *** iurisiurandi se astrinxisse obedire omnia precepta que quondam iam dictus donnus abbas eis faceret *** dantis et mandatis a predicto quondam donno abbate eis su districtu predicti iuramenti facti et cum ** nienti rationi et equitati iuris immo contrarium aliquem debere esse auctorem perfidie et periurii aliquorum. His iam dictis rationibus a prephato donno abbate diligenter inspectis, et habita multa deliberatione, habito etiam sapientum virorum consilio, ideoque donnus predictus Tebaldus abbas ecclesie sancti Stephani que vocatur Iherusalem predictis rationibus a parte cognoscens predictos fratres nullum ius habere in predicta terra et domo, ex dispensatione et misericordia tale eis concessit beneficium, eis precipiendo sub pena amissionis pignorum secundum quod ab initio fuit in eam compromissum: ut Petrocinus et Azzo de iam dicta terra posita in villa sancti Georgii ab hinc usque ad kalendas septembris vel adquerent a predicto abbate predictam terram secundum usum eiusdem regionis aut ex integro libere et quiete eam terram iam dicto donno abbati dimittant. De iam dicta vero domo posita in castro Varegnane iam dictus donnus abbas predictos tres fratres tali precepto et mandato similiter sub districtu pignoris astrinxit concedendo eis iam dictam domum tali tenore et modo: ut quandocumque et quociescumque abbas ecclesie sancti Stephani tam per se quam per suos nuntios in superiori parte ipsius domus hospitari voluerit eam sibi preparent et quiete dimittant quamdiu esse ibi

voluerit vel eius nuntii. Post recessum vero abbatis et nuntiorum eius eam teneant predicti fratres et utantur ita tamen ut semper habeant eam munitam et coopertam ac preparatam ad usum abbatis et nuntiorum eius secundum quod superius dictum est. Que omnia predicta de domo si predicti fratres vel sui heredes observare noluerint eam domum donno abbati sancti Stephani quiete dimittant.

Actum in capitulo sancti Stephani, indictione predicta.

Ad hoc interfuerunt testes: Petrus iudex comunis Bononie, et bonus Iohannes iudex comunis Ferarie, et Lambertus **** et Bonus Iohannes de Bruchignardo, et Banzus ferariensis et Archingerius *** pinellus nuntius comunis Bononie.

† Ego **** tabellio interfui et rogatus scripsi.

CXXII (770).

Busta n. 15/951, n. 5. Pergamena di mm. 200 × 100 (nei lati maggiori). Originale offeso nel margine superiore destro.

Soluzione di una vertenza tra il monastero di S. Stefano in Bologna e i consoli di Budrio.

Bologna, 11 agosto 1181.

Anno Domini millesimo centesimo octuagesimo primo, III idus augusti, indictione XIII. In presencia domini Ugonis de Nigrobono et domini Petri iudic(um *o* is ?) **** de Dulolo, et Octaviani, et Bonifacii de Guithoto, et Pizoti, et Cristiani et in mea Benni notarii: donnus Tebaldus abbas ecclesie sancti Stephani de Bononia confirmavit diffinicioni et refutationem factam a predecessore suo donno Landulfo quondam abbate sancti Stephani de lite que vertebatur inter predictum domnum abbatem et consules Butrii litigantes pro comuni occasione pensionis octo denariorum non solute, et de pena quam dicebat se deberi propter solutionem pensionis non facte, sicut in apera emphitetici instrumenti continetur. Et hanc diffinicionem receperunt consules Butrii videlicet: Vivianus et Ugolinus et Daniel pro se et pro comuni Butrii, et prefatus abbas promisit predictam diffinicionem firmam et ratam tenere supradictis consulibus, accipientibus pro se et pro toto comuni de Butrio sub pena L librarum denariorum Pisanorum, ita tamen ut annuatim predictum comune Butrii solvat pensionem octo denariorum Luce ecclesie sancti Stephani ut in emphitetico instrumento continetur. Sub eadem pena promissa predicto donno abbati a predictis consulibus nomine suo et nomine comunis Butrii.

Actum in claustro sancti Stephani, indictione suprascripta.

Predictus donnus abbas una cum totis predictis consulibus omnia predicta scribere rogaverunt astantibus ibi et consencientibus donno

Bononio, et donno Petro priore, et donno Giberto, et donno Guidone, et donno Ramberto et aliis.

Et ego Bennius in Dei nomine notarius interfui et rogatus scripsi.

CXXIII (771).

Busta n. 15/951, n. 12. Pergamena di mm. 210 × 160. Originale.

Rinnovazione di concessione livellaria di Raniero abate di S. Bartolomeo di Musiano a Gerardo di Teuzo sopra una tornatura di terra.

Bologna, 1182, 22 agosto.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo octuagesimo secundo, regnante domino Federico imperatore romanorum, undecimo kalendas septembris, indictione XV. Peticionibus enphiteoticariis annuendo ego quidem domnus Rainerius Dei gratia sancti Bartholomei de Musilano abbas hoc enphiteosin instrumento renovacionis causa do atque concedo tibi Girardo de Teuzo de Spisi tuisque heredibus unam tornaturam terre vineate et tres tabule, que est in loco qui vocatur Tribo de le quatro vie de Spisi cum ingressu et egressu suo usque in viam publicam et cum omnibus super se et infra se habentem in integrum. Fines cuius ubi esse videntur: a mane possidet Martinus de Zanzis de Coloreto, a meridie possidet Petrus de Roza, a sero est via publica, de subtus possidet predictus enphiteoticarius. Et si qui alii affines sunt omnia, ut predixi, in integrum in presenti renovacionis causa do atque concedo tibi prenominato enphiteoticario tuisque heredibus ad habendum, tenendum ac possidendum et quicquid tibi deinceps placuerit, salvo iure dominii, faciendum. Et si in aliquo tempore tu vel tui heredes predictam rem vendere volueris, michi et meis fratribus et successoribus vendes emere volente pro XII denariis minus quam aliis, et si emere noluerimus liceat tibi et tuis heredibus eam vendere in minoribus personis qui nobis respondeant. Et post terciam personam vel progeniem exactam aliud enphiteosin instrumentum hoc modo renovetur. Et earum rerum nomine michi et meis successoribus, pensionis gratia, singulis annis denarium unum pisanum et decimas tu vel tui heredes exhibeant. Ego vero prescriptam rem ab omni homine legitime defendere et auctorizare tibi et tuis heredibus promitto. Et si ego vel mei successores omnia predicta firmiter observare noluerimus et hanc enphiteosim quolibet modo infringere presumpserimus, pene nomine, duplum eiusdem

bonitatis et extimationis tibi et tuis heredibus dare promitto. Et in hanc enphiteosin, ut supra legitur, incorruptam tenere spondeo.

Actum apud ecclesiam sancti Archangeli, indictione predicta.

Prenominatus domnus abbas hanc enphiteosin, ut supra legitur, scribere mandavit.

Prenominatus enphiteoticarius hanc aperam, ut supra legitur, scribere mandavit.

Rambertus de Superbo, et Rodulfus, et Zacharus causidicus, et Omnebene omnes isti rogati sunt testes.

Ego Bonusfilius notarius interfui et rogatus scripsi et emendavi decimas.

CXXIV (772).

Busta n. 15 958, n. 22. Pergamena di mm. 585 × 185. Originale.

Sentenza in una lite tra Gunterio abate Leonense e Rainerio abate di S. Stefano sopra la chiesa di S. Biagio di Vogulo.

Badiano, 1186, 15 giugno.

In Christi nomine. Anno eiusdem millesimo centesimo octuagesimo sexto, indictione IIII, domino imperatore Frederico et filio eius rege Henrico regnantibus, XVII kalendas iulii, die dominico. Cum lis et controversia verteretur intra donnum Gonterium Leonensem abbatem, donno Osberto priore de Panzano eius procuratore in causa existente, et donnum Rainerium abbatem sancti Stephani de ecclesia sancti Blasii de Vogulo cum suis pertinentiis coram donno Rainerio bononiensi archipresbitero, et magistro Martino mutinensi preposito, et domno Alberto priore sancti Cesarii cognoscentibus ex delegatione donni Urbani pape III; quam ecclesiam cum suis pertinentiis dictus prior nomine ecclesie sancti Benedicti petebat et iniuste ab abbate sancti Stephani occupatam asserebat, quapropter lite contestata possessionis et fructuum restitutionem exigebat, in iam dictis iudicibus uterque abbas et prior concorditer compromiserunt. Ipsi vero iudices talem concordiam iure transactionis inter eos fecerunt, videlicet: quod dictus donnus abbas Leonensis dicti prioris consensu concessit dicto donno abbati sancti Stephani et eius successoribus dictam ecclesiam sancti Blasii cum suis pertinentiis in perpetuum, tali tenore: quod donnus abbas sancti Stephani et eius successores debent dictam ecclesiam sancti Blasii secundum sancti Benedicti regulam cum tanto numero monachorum et clericorum tenere ut divinum officium secundum illius loci facultatem possit expleri, red-

dendo annualiter nomine census sive pensionis pro iam dicta ecclesia et eius pertinentiis X solidos imperiales in perpetuum, in mense martii, in curte Panzani: et unam albergariam singulis annis abbati leonensi vel priori cum decem equitaturis sero et prandio apud Vogulum et si alius eorum nuncius cum quattuor equitaturis nec dividatur albergaria, nec duplicetur, nec detur si eam non exegerit uno anno quod non possit petere in sequenti duas. Quam ecclesiam cum suis pertinentiis dictus donnus abbas Leonensis pro se suisque successoribus suprascripto abbati sancti Stephani et eius successoribus ab omni homine disbrigare et cum ratione defendere promisit tali modo: quod abbas sancti Stephani ante quam incipiat causam si a quoquam ei controversia de iam dicta ecclesia et eius pertinentiis moveatur, nominare debet Leonensem abbatem et ei denunciare ut veniat vel mittat ad eius defensionem; et Leonensis abbas debet venire vel mittere, expensis tamen abbatis sancti Stephani, ipse et qui cum eo venerint sine fraude, postquam ad causam pervenerint. Et abbas sancti Stephani debet habere suos advocatos, bonos, propriis expensis. Et si abbas sancti Stephani ea que super facto iudicii dicta sunt non observaverit, nichilominus teneatur ad predictum censum et albergariam parandam. E contra quoque si abbas Leonensis que dicta sunt de defensione non fecerit, abbas sancti Stephani non teneatur solvere dictam pensionem et albergariam, nec aliam penam patiatur alteruter. Et abbas sancti Stephani nullam collusionem nullumque pactum cum aliquo faciet de suprascripta ecclesia ad detrimentum Leonensis ecclesie. Insuper dictus donnus abbas Leonensis et prior pro se suisque successoribus fecerunt finem suprascripto donno abbati sancti Stephani et eius successoribus de fructibus quos ab eo petebant et violentia quam dicebant sibi fore illatam. Penam quinquaginta librarum imperialium ambe partes inter se, sibi invicem stipulantes, si predicta omnia non observarent et rata non haberent, pacto suprascripto rato manente post penam solutam.

Actum in castro Badiani, feliciter.

Huius rei testes fuerunt: dominus Pilius iuris preceptor, dominus Petrus de Ferraria, dominus Ugo et Ubertinus de Panzano, presbiter Ardicio, presbiter Martinus, presbiter Maius, Iohannes Pizolus, presbiter Ildeprandus, Girardus de Badiano, Ugolinus Adelasie, Buvalellus et Fantonus, Iohannes Pegolotti, Acharisius de Montebelio, Iohannes Lupus, domnus Gibertus, magister Bernardus, et dominus Wido Crassus dator tenute, et sua auctoritate liberam habet potestatem abbas sancti Stephani intrandi possessionem, et sic ei Leonensis abbas licentiam concessit.

† Ego Gunterius Leonensis monasterii abbas firmavi atque scripsi.

Ego frater Osbertus manu mea scripsi.

Ego Blasius imperialis sacri palatii notarius interfui et rogatus scripsi.

Pubblicato dal SARTI e FATTORINI, *opera citata*, vol. 2°, pag. 24.

CXXV (773).

Busta n. 15/951, n. 30. Pergamena di mm. 215 × 185. Originale bucato in parecchi luoghi.

Concessione livellaria di Ugucione abate di S. Bartolomeo di Musiano ai fratelli Pietro diacono e Teberto sopra un appezzamento di terra nella località Perdeto.

Bologna 1187, 9 ottobre.

† In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Anno a nativitate eiusdem millesimo centesimo octuagesimo septimo, regnante domino Frederico romanorum imperatore, VII idus octubris, indictione V. Peticionibus emphyteotecariis annuentes et ideo in Dei nomine ego quidem Uguicio abas monasterii sancti Bartholomei de loco Musilliani presente et consentiente donno Gragerano monaco eiusdem monasterii, iure emphyteotico vendo et concedo tibi Petro diacono in medietatem nec non et Teberto fratri tuo in aliam medietatem vestrisque heredibus, videlicet unam peciam terre vineate que est in [curt]e Gisi in loco ubi dicitur Perdeto cum ingressu et egressu suo usque in viam publicam vel cum omnibus super se et infra se habentem **. Confines vero cuius esse videntur: a mane possident filii Guitaclini, a meridie via publica, a sero possidet Mallacopa, ab aquilone currit rivus: vel si qui alii adfines sunt. Omnia vero que infra hos fines continentur in integrum in presenti, iure enfyteotico, pro precio V librarum in presenti vendo et concedo vobis predictis emptoribus vestrisque heredibus ad habendum, tenendum ac possidendum, et in possessionem vestra auctoritate ingrediendum, et quicquid vobis et heredibus vestris placuerit, salvo iure dominii, faciendum usque in terciam generacionem peractam. Et post vestram terciam progeniem peractam aliud empyteosin instrumentum innovetur et michi meis successoribus, pensionis gratia, singulis annis in mense martii duos denarios pisanos exhibeatis. Et si ego vel mei successores predicta omnia firmiter observare noluerimus, pene nomine, duplum eiusdem rei et estimacionis eius, eiusdemque bonitatis dare omneque dampnum resarcire vobis et heredibus vestris promitto; et insuper hanc emfyteosin instrumentum, ut supra legitur, illibatum custodire spondeo.

Actum sub portico callonice sancti Archangeli ** feliciter, indictione predicta quinta.

Prenominatis enphyteotecariis hanc aperam, ut scriptum est, scribere rogaverunt.

Testium nomina sunt hec: Simon Enrici sancti Petri ** de Gisso, [As]petatus Petri Capalli, Bonusinfans, Iohannes medicus et Engelgottus qui huic vendicioni testes rogati interfuerunt.

Ego Gandulfus *** hanc aperam instrumentum, ut supra legitur, scripsi et firmavi.

CXXVI (774).

Busta n. 15/951, n. 31. Pergamena di mm. 290 × 155. Originale.

Concessione livellaria di Ugucione abate di S. Bartolomeo di Musiano ai coniugi Mascarone e Diana, Ildebrandino e Remengarda, a Martino e Albrigetto e Guinelda sopra terreni in Ronco Moroni.

Bologna, 1187, 5 novembre.

† In nomine sancte ed individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo octogesimo septimo, regnante domino Frederico romanorum imperatore semper augusto, nonas novembris, indictione quinta. Petitionibus emphyteocariis annuendo, ego quidem domnus Ugicio Dei gratia ecclesie sancti Bartholomei de Musiliano abbas, hoc emphiteosin instrumento, in presentiarum pro me meisque fratribus et successoribus do et concedo vobis Mascaroni recipiendo nomine tuo et nomine Diane uxoris tue in unam tertiam partem, et Ildibrandino recipiendo nomine tuo et nomine Remingarde uxoris tue in aliam tertiam partem, nec non et vobis Martino Bonifilioli Terrafocolorum medietatem alterius tertie partis, et Albrigetto recipiendo nomine tuo et nomine Guinelde uxoris tue in aliam medietatem eiusdem tertie, illius totius terre quam habeo in Ronco Moroni quam filii Leonardi huc usque a nobis, nomine feudi, tenuerunt. Cum ingressu et egressu suo usque in viam publicam et cum omnibus super se et infra se habentem in integrum. Confines cuius tales sunt: a duobus lateribus via publica, tertio latere Bonusfiliolus et Dominicus, quarto latere Bazalerius et Ubaldinus; vel si qui alii confines sunt. Omnia, ut predixi, que intra hos confines continentur in integrum in presenti, pro pretio novem solidorum pisanorum pro unaquaque tornatura recipiendo, do et concedo vobis prenominatis emphyteocariis et vestris heredibus ad habendum, tenendum, possidendum, vestraque auctoritate in possessionem prefate rei intran-

dum, et quicquid vobis et vestris heredibus deinceps placuerit, salvo iure dominii, faciendum, usque in tertiam personam completam. Et post vestri tertiam personam exactam, aliud emphiteosin instrumentum hoc ordine renovetur. Ita tamen quod deinceps singulis annis nobis nostrisque successoribus vos vel vestri heredes, pensionis gratia, pro duabus tornaturis unum pisanum, omni anno, in mense martio persolvatis, et decimam partem panis et vini et nichil aliud. Nec liceat nobis nostrisque successoribus illam pensionem vel decimationem alicui *** vendere vel alio modo alienare nisi vobis emphyteocariis et vestris heredibus: ita quod si vos vel vestri heredes predictam terram umquam vendere alicui debetis, nobis nostrisque successoribus et iusto pretio vendatis. Ego vero predictam rem ab omni homine legitime defendere et auctorizare vobis et vestris heredibus promitto. Et si ego vel mei successores predicta omnia firmiter semper observare noluero, pene nomine, duplum eiusdem bonitatis et estimacionis dare omneque dampnum resarcire vobis et vestris heredibus promitto; et insuper hoc emphiteosin instrumentum, ut supra legitur, semper incorruptum tenere spondeo.

Actum in civitate Bononie in porta sancti Proculi, iuxta ecclesiam sancti Michaelis, indictione predicta quinta.

Prenominati emphiteocarii hanc apperam, ut supra legitur, scribere rogaverunt.

Dominus Simon causidicus, et Petrus Teuzi, et Bonfante, et Arardus, et Petrus Leonardi, et Fre *** cio eius frater et alii plures testes rogati sunt.

Ego Bonus Petrus imperatoris Frederici notarius hanc apperam, ut supra legitur, scripsi et firmavi.

CXXVII (775).

Busta n. 35/971, n. 81. Pergamena di mm. 520×150. Originale orribilmente mutilo e frammentario.

Vendita di Manfredino e Matilda di tutti i beni che possiedono nella piere di Pastino e di Buida a Rainerio abate di S. Stefano.

Bologna 1188, aprile, o maggio.

[****Anno] Domini millesimo centesimo octuagesimo oct[avo] pridie **** madii, indictione sexta. In presentia et testimonio mag[istri . . . .]mici ecclesie sancti Petri et magistri Ug **** scolar *** et Zacari iudicis et domini Oderici de P*** Aldigeri et U ***** presbi-

teri **** et Guido **** presbiteri **** vendictionis iure pro[prietatis] et condicticii fecit ***** Burgo presente et consentiente et etiam confir **** [Ma]tilda de omni **** tenet et possidet vel q **** tibus prefate uxoris sue in plebatu montis **** plebatu Pastini et in plebatu Buide vel in **** si habet. In persona dompni Rainerii abbatis sancti [Stephani] recipientis nomine predicte ecclesie et suorum fratrum **** precio centum libellarum imperialium quos sibi ab eo coram **** [con]fessavit solutas esse. Quam vendictionem pr[edictam] *** nus promisit prescriptis sub pena dup[li ****] illibatamque tenere et nullo deinceps tempore **** Ab omni persona defendere et auctorizare leg[ittime] *** et litis expensas resarcire. Et insuper ** Matilda cerciorata iam dictam vendictionem et *** valere non posset, super sancta Dei evangelia **** [pre]fatam vendictionem im perpetuo ratam illibatamque ten[ere] *** deinceps tempore eam re **** neque per se **** occasione minoris precii neque minoris etatis *** suam utilitatem, quidquid etiam de precio contingat *** testibus totum ius patronatus silicet sancti *** ecclesiarum domino abbati de prefata vendictione **** penitus concessit. Prefato Manfredino firmante et ** stram possessionis totius vendictionem in manibus abb[atis ***].

Actum apud ecclesiam sancti Stefani super sol ** [indictione] predicta.

Manfredinus predictus et uxor **** scribere rogaverunt. Et si quidem super hoc necesse **** fuerit ad sensum sapientum abbatis fac ***

† Imperialis ego sacreque not[arius] **** [An]selmi natus hoc scripsi instru[mentum].

CXXVIII (776).

Busta n. 36/972, n. 1. Pergamena di mm. 480 × 180 (nei lati maggiori). Originale orribilmente mutilato dal fuoco nel margine sinistro.

Sentenza in una lite tra Egidio prete della chiesa di S. Tecla e Giovanni Buono.

Bologna, 1191, 6 marzo.

[Anno Domini millesimo centesimo nonagesi]mo primo, inditione nona, die martis sexto intrante martio. Cum **** inter presbiterum Egidium rectorem, ministrum et capellanum ecclesie sancte Tecle [nomine] ipsius ecclesie et pro ipsa ecclesia ex una parte, et Bonum Iohannem de Batallione ex alia in hunc modum: agit presbiter contra Bonum Iohannem Batallioni quem dicit possidere vel detinere quemdam murum positum iuxta ipsum Bonum Iohannem a *** androna ab alio latere, quem murum dicit ad dictam ecclesiam pertinere iure dominii

vel quasi. Unde ipsius muri petit *** et ea que in dicto mûro habet inmissa tollat, quod non est ei ius ita inmissum habendi; et petit so[larium] **** [an]dronam que est inter ipsum Bonum Iohannem et domum dicte ecclesie edificatum destrui, quod fuit post prohibi[tum ***] illi ius ita edificatum habere. Item petit ab eodem Bono Iohanne domum unam positam ibi iuxta predictum **** publicam iuxta domum dicte ecclesie pertinentem ad dictam ecclesiam iure dominii vel quasi. **** Lis fuit contestata inter Canbium notarium sancti Stephani procuratorem dicti presbiteri **** ex alia coram domino Henrigeto Abagesii iudice comunis Bononie, tempore **** scripta manu Ugitionis Nigri notarii. Quibus ita peractis **** presente predicto Canbio notario procuratore ipsius presbiteri et con **** de sancto Rophillo continetur ad transactionem et talem concordiam **** habere et tenere solarium quod fecit ipse Bonus Iohannes silicet **** Boni Iohannis et domum ecclesie predicte sicut modo habet super illos **** precario pro dicta ecclesia usque ad decem annos completos *** Bonus Iohannes apponat ad presens assides sive parietes subtue **** aliquid alium cadat super domum ipsius ecclesie neque aliquam iniuriam **** presbitero elevare et destruere dictum solarium et eius operimentum ex toto per duos **** sacerdos vel eius successor, ei vel eius heredibus vel ei qui habuerit dictam domum ipsius *** decem annorum adveniente vel ante terminum quandocumque dictus sacerdos vel eius successor **** eius successor voluerit elevare domum que est iuxta ipsam andronam et inceperit laborare **** et hec omnia predicta et singula dictus Bonus Iohannes promisit attendere et observare sub pena decem **** [obliga]tione suorum bonorum, qua soluta, predicta omnia et singula firma permaneant; et tantum plus quod *** [sacer]doti vel eius successori sua auctoritate sine requisitione comunis vel rectoris Bononie dictum solarium **** misses ex toto destruere sine contradictione ipsius Boni Iohannis, vel eius heredis vel ipsius qui habuerit ipsam domum **** vel aliquo modo impediret quo minus ecclesie predicta faciat, det et solvat dicto rectori ipsius **** nomine pene, qua soluta, predicta firma permaneant. Item presbiter Egydius predictus concessit et *** quod ipse Bonus Iohannes habet murum suum edificatum et elevatum nomine ecclesie sibi et suis filiis et *** dictus sacerdos vel domus ipsius ecclesie semper sit clausa, et possit ipse sacerdos *** trabes et ligna et alia quecumque sibi fuerint necessaria et utilia pro domo ipsius *** eius reaptet fracturam ipsius muri bona fide infra unum mensem **** non revocare precarium usque ad dictum **** sacerdos attendere et observare per se suosque successores **** rueretur vetustate vel alio modo terrenum super quod est **** a dicto Bono Iohanne revertatur ad ipsum Bonum Iohannem vel eius heredes **** Item dictus

sacerdos per se suosque successores fecit diffinitionem trans[actionem] **** et eius filiis et heredibus de omni iure et actione seu petitione quod et quam habe **** |do|muncula una quam dicebatur Prendiparte habuisse a presbitero Griffo quondam sacerdote **** predicti muri iuxta domum dicti Boni Iohannis et iuxta viam et iuxta domum ecclesie **** predicta attendere et observare et contra non venire per se suosque successores sub simili pena **** qua soluta, predicta omnia et singula firma et rata permaneant. Et pro hac diffinitione **** sacerdos Egydius a dicto Bono Iohanne in presentia mei infrascripti notarii et testium septem libras Bononie bononenorum *** pro laborerio vinee sue, et debito quo tenebatur quando ivit ultra mare et pro indumentis sibi et servienti suo ***. Preterea liberavit dominum Grimaldum Rubeum et dominam Giullietam uxorem dicti Boni Iohannis ab obliga[tione ***] secundum quod continetur in carta inde facta manu Clarii notarii de Vivario, que obligatio et carta *** [mo]menti vel valoris et sit inanis et inutilis et cassa. Ad hec Oxeletus de Albagnolis promisit dicto **** pro se et dicta ecclesia quod faciet et curabit et operam dabit quod dictus Bonus Iohannes per se suosque heredes **** observabit quod si non fecerit ipse a se observare habet; et ita promisit ei sub predicta pena decem librarum *** soluta promissio cum eadem pene obligatione firma per maneat

**** fieri rogaverunt; unde due carte uno sunt scripte tenore.

**** chello, Canbius notarius, Tonsus notarius de Dutia et Clarius **** [rogati sunt tes]tes.

[Actum **** sancti] Stephani sub porticu domus dicti domini Grimaldi Rubei, inditione predicta.

Henricus papiensis, imperialis aule notarius, interfui predictis omnibus et rogatus scripsi et firmavi.

CXXIX (777).

Busta n. 16/952, n. 12. Pergamena di mm. 235×155. Originale.

Ricognizione di costituzione d'enfiteusi rilasciata da Pietro di Cozza monte a Raniero abate di S. Stefano sopra una casa in via S. Stefano.

Bologna, 1192, 22 gennaio.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo nonagesimo secundo, regnante domino Enrico imperatore filio quondam domini Federici imperatoris XI kalendas februarii, indictione decima. Ego quidem Petrus de Cozzamonte profiteor me

in enphiteusim a te donno Rainerio abbate sancti Stephani renovationis causa pro me meisque heredibus pro pensione denarii I bononenorum omni anno in mense marcii accepisse solum unum terre in quo domus meae super edificate sunt: suptus strata sancti Stephani. Fines cuius sunt huiusmodi: a mane est androna suburbana strata sancti Stephani et strata Maior, a sero est alia androna similiter, a meridie possident heredes Sergi fabri, ab aquilone possident Iosep et Ugitio domini Auxellitti et Bencivenne domini Bonecase et si qui alii affines sunt. Ut liceat mihi habere, tenere ac possidere et quicquid mihi meisque heredibus deinceps meo nomine placuerit, salvo iure sancti Stephani facere usque in terciam progeniem exhactam, in quartam vero renovare hoc modo.

Actum in curia sancti Stephani infra portas, indictione predicta.

Prenominatus Petrus de Cozzamonte hanc aperam, ut supra legitur, scribere rogavit.

Testes rogati fuerunt dominus Zacharias iudice, Gerardinus domini Alberici legum doctoris, Gibertinus Ametheus et Bonus Amicus.

Ego Anselmus tabellio a populo bononiensi constitutus et domini Frederici imperatoris auctoritate confirmatus interfui et scripsi.

CXXX (778).

Busta n. 16/952, n. 19. Pergamena di mm. 245×215. Originale difettoso nel margine destro in alto.

Convenzione tra Rainone del quondam Isnardo con Uguccione abate di S. Bartolomeo di Musiano.

Bologna, 1193, 10 dicembre.

In nomine sancte et individue Trinitatis Anno Domini nostri Ihesu Christi millesimo centesimo XCIII, imperante domino Henrico invictissimo romanorum inperatore semper augusto, quarto ydus decembris, indictione XI. Rainonus olim filius quondam Ysnardo de sancto Archangelo, casas quas habet in porta sancti Proculi prope predictam ecclesiam sancti Michaelis archangeli pro anima sua suorumque parentum dare volens ecclesie sancti Bartholomei de Musiliana a domno Ugicione Dei gratia abbate cenobii et ecclesie eiusdem sancti Bartolomei, hoc primo sibi fieri postulavit: ut ipse donnus abbas presenti eum liberaret de manibus et potestate domni Gerardi episcopi et nunc potestatis Bononie et eius consulum, quibus pro quodam suo facto sit alligatus *** seu XX solidos ipsius vice talis liberationis ipsi adtribuerit, ac somnam unam farine pro suo victu

illi in proximo daret, et ut singulis annis deinceps *** sui monasterii gratia lucrum acquirendi cum necessariis expendiis sibi condonaret; nec non cum de huiusmodi lucro et alio suo laborerio vitam suam **** de bonis sui monasterii decenter et competenter ei necessaria largiretur: et ut quandocumque ipse se conversari voluerit, illico fratrem et conversum *** recipere; et ut in obitu ipsius XX solidos pro anima illius expenderet, et XII solidos eiusdem monete bo[ne] mansioni templi daret, et XX solidos bolonenorum Guiscarano *** et alios XX solidos Adelaxie uxori Branche, et XX solidos bolonenorum Iohanni suo propinquo et unum lectum, nec non nepoti suo Bonofiliolo alios XX solidos; et ut ab obitu eius usque ad tempus septem annorum omni anno sestarium unum farine, facto ex ea pane, pro anima sua suorumque parentum largiretur. Que quidem omnia in presenti predictus donnus Ugicio abbas fratribus suis presentibus et volentibus scilicet: donno Rodulfo presbitero, et donno Raimundo acolito per se suosque successores predicti monasterii se facturum promisit, omni legum ac decretorum suffragio in hoc facto penitus ab eo remoto, predicto Raynono stipulanti sub pena quidem amittendi donationem predictarum casarum si quam ipse Raynonus ei fecerit. Pro quibus enim omnibus rebus sibi fatiendis, predictus Rainonus in presenti iam dicto donno abbati recipienti nomine predicte sue ecclesie eiusque successorum pro anima sua suorumque parentum titulo donationis dedit, atque concessit cum ipsarum solo et curte et egressu earum usque in viam publicam et cum omnibus que super se et infra se habent in integrum. Confines quarum tales sunt: a mane possidet Bonbellus et Gualandinus et uxor Ioannis medici, a sero ecclesia sancte Margarite, a meridie heredes quondam Baamontis, ab aquilone predicta ecclesia sancti Michaelis, vel si qui alii confines sunt. Omnia, ut predixit, que infra hos confines continentur in integrum, excepta ipsius mobilia, in presenti pro rebus sibi fatiendis dedit atque concessit predicto donno abbati pro predicta sua ecclesia recipienti eiusque successoribus, si proprium in perpetuum, si condititium unde pertinuerit, ad habendum, tenendum et pro ipsa ecclesia semper possidendum et in possessionem earum intrandum ac quicquid sibi successoribus nomine predicte ecclesie de cetero placuerit fatiendum, retenta sibi quiete habitatione ipsarum donec advixerit tali condicione: ut nullo in tempore quo advixerit casas predictas ipse donnus abbas vel eius successores alicui persone aliquo modo valeat alienare, seu pignori obbligare, sed ad utilitatem predicte sue ecclesie semper retinere. Et ut si singula ab eo promissa non fecit quod liceat Guiscarano et Adelaxie predictis, nulla ratione predicte donationis ipsis obstante, ipsorum auctoritate in ipsas casas pro ipso Rainono regressum habere, et omnia a predicto donno abbate ipsi promissa pro suo velle de casis predictis ei facere. Ut nullam litem nullamque controversiam predicte

rei nomine predictus donnus abbas vel sui successores ab ipso Rainono vel ab eius h(eredibus); deinceps sustineat. Ab omni quoque homine prescriptam donationem semper legitime defendere et auctorizare promisit. Et si ipse vel sui heredes predicta omnia firmiter semper observare noluerint pene nomine amittendi omnes res quas donnus abbas ut superius ipsi se facturum legitur. Et insuper hoc donationis instrumentum, ut supra legitur, semper firmum et incorruptum conservare spopondit.

Actum in civitate Bononia in predicta ecclesia sancti Michaelis, indictione predicta XI.

Prenominatus donnus abbas cuncta superius ab ipso promissa ac prenominatus donator hoc predicte donationis instrumentum et omnia in eo inscripta, ut supra legitur, scribere rogaverunt.

Presbiter Geronimus, magister Martinus, Petrus de Teuzo, Rollandinus Guidonis Alborii et Rodulfus testes rogati sunt.

Ego Ugo de Pulzellis Dei gratia quondam Federici imperatoris notarius omnia, qualiter supra leguntur, scripsi et firmavi.

CXXXI (779).

Busta n. 36/972, n. 8. Pergamena di mm. 200 × 190. Originale guasto nel margine sinistro.

Ricognizione di costituzione di enfiteusi rilasciata da Tomasino e Raimondino figli di Giacomo di Rambertello a Raniero abate di S. Stefano sopra due appezzamenti di terreno.

Bologna, 1194, 6 marzo.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo nonagesimo quarto, regnante domino [Henrico Dei] gratia romanorum imperatore, filio quondam domini Frederici imperatoris, pridie nonas marci, indictione [decima secunda]. Nos quidem Tomasinus et Raimundinus germani filii quondam Iacobi de Rambertello ** [in emphiteosin reno]vationis causa, a te donno Rainerio abbate sancti Stephani accepissemus solum *** [iusta viam sancti Ste]phani, iuxta soidum comunis: a latere, a mane, a sero possidet Marsilius, a meridie [predicta strata, ab aquil]one possidet Michael; et alium solum positum in Vivario iuxta Frangipane **** a sera possidet Malora et heredes Dalfinelli, a meridie est via publica, ab aquilone predictus *** habere, tenere ac possidere et quicquid nobis nostrisque heredibus deinceps placuerit, salvo iure dominii tui facere, usque in terciam nostram progeniem exhactam, in quartam vero re[novare ***] singulis quibusque

indictionibus II denarios bolonenorum tibi et successoribus tuis sub pena dupli stipulatione ***

[Actum] in claustro sancti Stephani, indictione predicta.

Prenominati Tomasinus et Raimundinus, ut supra legitur, scribere rogaverunt.

Guido Contracursus causidicus, et Iohannes Rodaldi, et Tuscolus Rambertelli, et Bonus Bononius [rogati sunt] testes.

Ego Anselmus tabellio a populo bononiensi constitutus et domini Frederici imperatoris auctoritate confirmatus interfui et scripsi.

CXXXII (780).

Busta n. 16 952, n. 21. Pergamena di mm. 395×145. Originale offeso dall'acqua.

Vendita di terre da Vico figlio di Ubaldino a Bardone giudice di Tavernola.

Arcoveggio, 1194, 9 marzo.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Anni eiusdem millesimo centesimo nonagesimo quarto, regnante Henrico imperatore, VII idus martii, die mercurii, indictione XII. Constat me quidem in Dei nomine Vicum olim filium Ubaldini Goute de Arce Vici, hoc vendictionis instrumento in presentiarum profecto dominii et proprietatis ac possessionis iure vendidisse et huius rei gratia tradidisse tibi Bardone iudex de Tabernola tuisque heredibus in perpetuum unam petiolam terre vineata que est in fundo Lamme inter vineam Piga[relli] et vineam filiorum Brunetti, et unam petiolam terre castaneata in Segalara supra via que pergit per Segalara, et aliam petiolam castaneata in Faedo in loco ubi dicitur Sanbuga et quicquid iuris suo nomine *** potuerit in tota curia Tabernole cum ingressu et egressu earum usque in via publica et cum omnibus supra earum vel infra earum habentes in integrum. Omnia itaque, que predixi et que infra predicta curte michi pertinet in integrum pro pretio XX solidorum bononenorum in presenti vendo et concedo tibi prefato Bardone emptori tuisque heredibus in perpetuum ad abendum, tenendum et possidendum et in possessione tuo nomine et ad tuam auctoritatem intrandum, et quicquid tibi exinde placuerit faciendum. Ut nullam litem nullamque controversiam huius rei nomine a me supradicto Vico venditore nec a meis heredibus ullo modo, quolibet interprete, tu predictus Bardone emptor vel tui heredes de cetero sustineant. Ego vero predictam rem ab omni homine legitime defendere et auctorizare tibi et a tuis heredibus promitto. Et si ego vel mei heredes predicta omnia firmiter semper observare noluero, pene nomine, pre-

dicte rei duplum et eiusdem bonitatis et exstimationis dare omneque dampnum tibi prephato Bardone tuisque heredibus resarcire promitto. Et insuper hoc vendictionis instrumentum, ut superius legitur, incorruptum semper tenere spondeo.

Actum ante Arce Vici in loco ubi dicitur Torre, indictione predicta.

Prenominatus venditor hoc vendictionis instrumentum, ut superius legitur, scribere rogavit.

Huius rei Barone filius condam Loterenhi, et Odaldinus filius condam Bernardi Bonandi, et Bernardus eius filius rogati sunt testes.

Ego Ugolinus Dei gratia noctarius hoc vendictionis instrumentum, ut superius legitur, interfui, scripsi, conplevi et dedi.

CXXXIII (781).

Busta n. 36/972, n. 7. Pergamena di mm. 320 × 150. Originale frammentario, difetta di tutta la parte superiore.

Concessione livellaria dell' abate di S. Stefano Raniero a . . . . sacerdote sopra una pezza di terra.

Bologna, 1194 (1).

*** supto iuxta ** petitorem sunt pertice *** sunt pertice XVII et pedes VII. Et **** [terr]a quam possidet Iacobus de Ranusino per feudum **** et dictum archipresbiterum pertice quinquaginta octo **** archipresbiterum sunt pertice quinquaginta septem ab uno capite *** sunt pertice triginta, alio capite, iuxta predictum archipresbiterum sunt ****. Secunda ingabatoria: ab uno latere iuxta iam dictum archipresbiterum sunt pertice XXXIII et media, alio latere limite sunt pertice XXX, ab uno capite limite, a sero sunt pertice decem et septem, et alio capite iuxta supradictum archipresbiterum sunt pertice XVIII; vel si qui alii confines sunt omnia, ut predixi, et que infra predictos confines continentur in integrum in presenti do et concedo et renovationem facio tibi prenominato sacerdoti re-

(1) L'anno si può determinare con esattezza per l' indizione, e per la presenza nella stessa pergamena di un altro documento datato, scritto dal medesimo notaio Cambio. Questi afferma che nel 1204 Giacomo de Ranusino, il quale appare anche nel nostro documento, *iuravit fidelitatem donno Azoni abbati sancti Stephani* per possessi feudali che egli *professus fuit se habere a dicto monasterio* presso S. Giovanni in Triario. Essendo stato scritto il documento da me riportato all' indizione XII, precedente l' anno 1204, ne viene di conseguenza che esso rimonti all' anno 1194, quando era abate di S. Stefano Raniero. L'arciprete nel cui interesse viene fatta l'enfiteusi non può essere altri che l' arciprete di S. Giovanni in Triario avendo per confinante nel possesso dei beni oltre sè stesso anche le terre feudali di Giacomo de Ranusino.

cipienti nomine dicti archipresbiteri et ecclesie de predicta re ad habendum, tenendum et possidendum, et quicquid tibi deinceps placuerit, nomine iam dicte ecclesie, salvo iure dominii sancti Stephani faciendum, usque ad sexaginta annos completos, et in capite LX annorum aliud emphiteosim instrumentum hoc modo renovetur. Et huius rei nomine michi meisque fratribus et successoribus, singulis annis, gratia pensionis, denarium unum Bononie, tu, nomine iam dicte ecclesie et eius successorum exhibeant. Ab omni quoque homine prescriptam rem legitime defendere et auctorizare tibi nomine iam dicte et eius successorum promitto; et si ego vel mei successores predicta omnia semper firmiter observare noluerimus, pene nomine, centum solidos bononenorum tibi, nomine iam dicte et eius successorum dare promitto, et insuper hoc emphiteosim instrumentum, ut supra legitur, senper incorruptum tenere spondeo.

Actum in Bononia, in claustro dicti monasterii, indictione XII.

Prenominatus donnus abbas hoc emphiteosim instrumentum, ut supra legitur, scribere rogavit.

Testis dominus Albertus, et Ardizionus, et Ysnardus de Rusticanis, Iohannes notarius cremonensis, Oseph iudex, Henregictus de Naucherio et alii plures rogati sunt testes.

Prenominatus ephiteota hanc apperam, ut supra legitur, scribere rogavit.

Ego Canbius sacri palatii notarius hanc apperam, ut supra legitur, scribere rogatus interfui et scripsi.

CXXXIV (782).

Busta n. 16/952, n. 27. Pergamena di mm. 315×175. Originale difettoso nel margine destro e bucato nel mezzo.

Concessione livellaria di Uguccione abate di S. Bartolomeo di Musiano a Montanario e Enrighetto figli di Rolando Veclo sopra terre e campi.

Bologna, 1195, 12 aprile.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini nostri Ihesu Christi millesimo centesimo nonagesimo quinto, imperante domino Henrico romanorum imperatore, pridie idus aprilis, indictione XIII. Petitionibus emphiteoticariis annuendo, ego quidem donnus Ugitio abbas sancti Bartholomei de Musiano presentibus et consentientibus fratribus meis scilicet donno Ramundo et donno Acarisio et donno presbitero Homodeo hoc emphiteosim instrumento do et concedo vobis Montanario et Henrigetto filiis quondam domini Rolandi Vecli vestrisque heredibus totum id quod donnus Rainerius abbas quondam predicti

monasterii temporaliter loccavit prenominato patri vestro **** ut continetur in istrumento confecto per manum Adelardi notarii et pervenit a Girardo de Perthaquaro ad Petrum *** terris videlicet vineis, campis, pratis, buscis, casis et ediffitiis omnibusque aliis rebus ubicumque et qualitercumque in eiusdem *** [per]tinentiam positis et ut *** continetur a predicto donno Rainerio abbate prenominato domino Rolando temporaliter loccatis cum ingressibus et egressibus earum usque in vias publicas et cum omnibus super se et infra se in integrum habentibus. Confines quarum rerum aliter non designantur nisi ut supra legitur, sed omne id quod abbas Rainerius temporaliter loccavit predicto domino Rolando et continentur in predicto instrumento, sicut dictum est, in integrum pro pretio XII librarum bononenorum de quibus fateor X libras a vobis mihi solutas fore, et XL solidos donno Acarisio voluntate mea et eam peccuniam in utilitatem predicte ecclesie versam esse. In presenti die do et concedo vobis prenominatis emphiteoticariis vestrisque heredibus ad habendum, tenendum ac posscidendum et in possessionem vestro nomine intrandum et permanendum et quicquid vobis et vestris heredibus placuerit, salvo iure dominii, fatiendum; et post vestri tertiam progeniem peractam aliud emphiteosim instrumentum hoc modo innovetur. Et huius rei nomine liceat vobis et vestris heredibus singulis annis, pensionis gratia, III solidos bononenorum in festo sancti Bartholomei, mihi et meis successoribus exhibere. Ego vero prescriptas res ab omni homine per me meosque successores legittime defendere et auctorizare omni tempore vobis et vestris heredibus promitto. Si vero ego vel mei successores predicta omnia firmiter observare noluerimus et hanc emphiteosim quolibet infringere presumpserimus, aut si contra quemlibet agentem legittimam defensionem vobis semper non exhibuerimus, pene nomine, predictarum rerum duplum eiusdem bonitatis et extimationis dare omneque dampnum et litis expensas vobis et vestris heredibus stipulatione resarcire promitto. Et insuper hoc emphiteosim instrumentum, ut superius legitur, semper incorruptum tenere spondeo. Preterea prenominatus donnus Acarisius voluntate et iussu predicti donni abbatis pro predictis XL solidis sibi solutis fecit finem in perpetuum, et refutationem inrevocabilem iam dictis Montanario et Henrigetto et eorum heredibus de omni iure et actione seu petitione quam et quod habebat vel aliquo tempore habere poterat adversus eos occasione predictarum possessionum vel alia qualibet, quam finem et refutationem promisit firmam et ratam in perpetuum tenere et non venire contra per se vel per aliquam personam interpositam, sub pena dupli, stipulatione predictarum rerum promissa, et pena soluta contractus firmus permaneat.

Actum in civitate Bononie, in guaita sancti Vithi, in ecclesia sancte Tegle, indictione predicta.

Prenominati emphiteoticarii hanc aperam, ut superius legitur, scribere rogaverunt.

Donpnus Algisus canonicus sancti Petri, et donnus Zacarus iudex, et donpnus Martinus, et donpnus Rusticus, et Aliottus interfuerunt et rogati sunt testes.

Ego Agnellus comunis Bononie tabellio interfui et rogatus scribere scripsi.

CXXXV (783).

Busta n. 16,952, n. 28. Pergamena di mm. 315×145. Originale.

Sentenza del giudice Perticone in una lite tra Ubertino e Adelina.

Bologna, 1195, 17 novembre.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Pertico quondam iudex comunis Bononie nomine et ex delegatione domini Guictune Bononie potestatis nunc vero ex mandato domini Guidonis de Vico Mercato potestatis Bononie, cognitor cause que vertitur inter Pacivaldum curatorio nomine agente pro Ubertino ex una parte et dominam Adelinam ex alia, a qua petebat res que fuerunt olim domine Auxilie et detente a Guidone eius filio, ex testamento domine Auxilie ad Ubertinum pertinere dicebat. E contra predicta domina Adelina dicebat se non teneri ad predictarum rerum restitutionem. Primo quia dixit se non habere et illos petere ante restitutionem inpetratam non posse. Immo petebat a Pacivaldo curatorio nomine pro Ubertino ut exhibet instrumentum testamenti domini Pipionis avi sui, et petebat quinquaginta quinque libras Luce et pisanarum veterum pro dote sua quam dicebat dominum Pipionem habuisse pro ea et accessionem eiusdem dotis. E contra predictus Pacivaldus dicebat Ubertinum non habere instrumentum testamenti domini Pipionis et ipsam habuisse dotem negabat extimatam, idcirco neque de dote neque de eius accessione Ubertinum predictum teneri dicebat. Visis et auditis allegationibus utriusque partis et diligenter inspectis, habito etiam multorum sapientum conscilio, Pacivaldum, curatorio nomine pro Ubertino, ipsumque Ubertinum in prestatione XVIII librarum Luce et pisanarum veterum et VII solidorum, IIII denariorum minus, nomine sortis dotis eiusdem monete talis bonitatis qualis erat a XXVII annis retro, domine Adeline condenno. A superfluo dotis et accessione et ab omnibus aliis petitionibus inter se factis eos invicem absolvo. Presente domino Girardo Gislerii procuratore constituto a Pacivaldo, curatore Ubertini, ad sententiam audiendam, et presente domino Doxio viro domine Adeline et Salamone constituto procuratore a domina Adelina.

Actum in civitate Bononia, in domo sancti Appolenaris que est iusta domum Taurelli, millesimo centesimo nonagesimo quinto, XV kalendas decenbris, indictione XIII.

Passipauper, Petrus Scanabici, Iohaninus de Tebaldis, dominus Leuterius, Ubertinus Nevi Rainerii, Salamon Bagni, Tebaldinus de porta Steri, Zanbonus et multi alii testes interfuerunt.

Ego Albericus Petri Alberici imperatoris Federici notarius interfui (huic sententie) et iussu dicti iudicis scripsi.

CXXXVI (784).

Busta n. 17/953, n. 6. Pergamena di mm. 265×200. Originale gravemente offeso nell'angolo superiore destro, e bucato nel mezzo.

Vendita di Diodato e Guido Cavalerio nell' interesse dei pupilli eredi di Angelo Strazabalanze per estinzione di debiti dello stesso Angelo Strazabalanze.

Bologna, 1198, 30 ottobre.

Anno Domini millesimo centesimo nonagesimo octavo, indictione prima, die veneris, tercio kalendas novembris in Bononia in pontili domus quondam domini Burgari, coram Ugolino Faxoli Perticone causidico, Gerardo Gislerio iudice comunis, Petro Taurello milite iusticie, Balardeto filio quondam Malpiri, donno Isnardo monaco sancti Stephani, rogatis testibus: Deusdatus cordoanerius et Guido Cavalerius tutores testamentarii filiorum quondam Anzeli Strazabalanze, ut in testamento ipsius Anzeli et inventario ab eis facto ibi visis continetur, tutorio nomine pro quadraginta et sex libris et duobus solidis, bononenorum *** et aliis debitis pupillorum et utilitatibus ipsorum vertendis seu fazend **** Bononie ut in publico instrumento ibi viso continebatur et Petro de Manerivo tre **** ipsi tutores condemnati erant, ut in alio instrumento ibi viso apparebat, cuius tocius precii **** confessi sunt se integram solutionem recepisse a Torengello beccario renuntiando exceptioni non numerate pecunie vendiderunt eidem Torengello nominatim duas petias terre iacentes in Vidaiagola. Una quarum est in parte vinea et in parte terra colta; cui coherent ab una parte via publica, a sero possidet sanctus Petrus de Vidaiagola, ab aquillone sancti Stephani. Secunda petia est culta super se habens medale, quod ei similiter vendiderunt eodem precio; cui coheret a latere superiori ecclesia sancti Stephani, a sero via publica, ab aquilone Iacobi de Manerivo, et Gerardi Ursonis, ab alio latere .... Quas duas petias terre ipsi pupilli in emphiteosin a sancto Stephano, salvo iure domini, ita ut ipse emtor eiusque heredes et cui dederint iam dictas petias terre et vinee atque medale, una

cum accessibus et egressibus et cum omni iure et racione et accione cunctisque hutilitatibus eisdem rebus in integrum pertinentibus, ab hac die in antea pro isto precio habeant et teneant et exinde quicquid voluerint faciant sine omni istorum tutorum et pupillorum filiorum Anzeli Strazabalanze *** contradictione, salvo iure dominico. Equidem ipsi tutores promiserunt tutorio nomine iam dicto emtori *** nomine et eosdem pupillos obligaverunt eidem eiusque heredibus et cui dederint iam dicta omnia, qualiter supra [legitur], in integrum ab omni homine defendere et actorizare aut in duplum restituere sicut pro tempore fuerint meliorata aut valuerint, sub estimatione in conscimili loco; et insuper omnes litis expensas; et eidem emtori perceperunt ut sua actoritate inde intret in tenutam.

Iamusia uxore istius quondam Anzeli Strazabalanze presente huic vendicioni, sponte consentiente et toti suo iuri ipotecarum, legati, alimentorum, omnique alii suo iuri quod in eis habebat rebus venditis renunciante. Predictis itaque tutoribus ibidem iurantibus iam dicta debita consistere et ex hoc precio se illa debita solvere, superfluum in utilitatem predictorum pupillorum vertere, mobilia non esse in hereditate ipsorum ex quo ista debita possent solvi et nichil aliut immobile utilius ad vendendum pupillis.

Dominus Rogerius iudex et vicarius domini Ubertini nunc potestatis Bononie, iudiciaria cognitione sui interveniente huic vendicioni, suam interposuit actoritatem.

Ego Iohannes Pileti, notarius spetialis istius potestatis, interfui et iussu memorati vicarii et partium rogatu hanc cartam inde scripsi.

CXXXVII (785).

Busta n. 17953, n. 10. Pergamena di mm. 290×285. Originale in tristissime condizioni, mancante nei margini e con la scrittura corrosa dall'acqua.

Vendita di una parte di casa da Artinisio figlio del fu Buvalello a Rainerio abate di S. Stefano.

Bologna, 1199, marzo.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo nonagesimo nono, regnante **** idus marcii, indictione secunda. Constat me quidem Artinisium filium quondam Buvalelli hoc vendicionis [instrumento **** do] et concedo vobis dompno Rainerio abbati sancti Stefani vestrisque fratribus et successoribus videlicet meam partem id est terciam **** quam habebam cum fratribus meis in strata sancti Stefani pro indiviso, cum ingressu et egressu suo usque in viam [publicam ***] infra se habentibus in integrum sicut latera eorum designant, silicet: a strata sancti Stefani usque

ad domum Manz **** et a soido usque ad ortum hospitalis. Et si qui alii confines sunt, omnia ut predixi in integrum in presenti vendi[cionis instrumento ***] prenominato abbati recipienti nomine predicte ecclesie vestrorumque fratrum et successorum im perpetuum precio C. librarum bolonenorum quos michi solutos *** [ad haben]dum et possidendum et quicquid et vestris successoribus vobis deinceps placuerit faciendum. Ut nulla litem vel molestiam *** vos vel vestri fratres vel successores deinceps substineant. Ego vero per me meosque heredes predictam rem seu res ab omni persona [semper] legitime defendere et auctorizare vobis [promitto]. Et si ego vel mei heredes predicta omnia semper firma et illibata tenere noluero vel si contra quemlibet agentem vel controversiam aut *** defensionem semper non exibuero, pene nomine, prefate rei duplum eiusdem bonitatis et exstimationis dare omneque dampnum et litis *** successoribus ex his rebus actione resarcire stipulatione promitto. Qua soluta predicta omnia nichilominus omni tempore incorrupta *** facto ius fidei commissi mihi ex testamento paterno in partibus fratrum meorum domum predictam atque casamentum competenti vel competituro ** renuntiando *** et omnibus suprascriptis legi a patre meo in testamento suo apparente et illi silicet si *** iuris auxilio vel privilegio generali, vel spetiali mihi ex aliqua causa competente vel competituro.

**** prefatus vendicionem, ut supra legitur, scribere rogavit ac super evangelium Dei iuravit in predicta vendicione percipe *** quantitatem et omnibus suprascriptis in perpetuum firmum et illiba *** occasione ** vel minoris precii vel non soluti sibi vel precii non conversi in sua utilitate, quicquid de eo ******

Testes fuerunt dominus Zacarus iudex *** Petrus Palmerius et Simon Pelavacce, et Iulianus Berte Bone, et Lanfrancus de *** et Petrizolus, et Doandinellus de Scanello *** de Burgo et Rolandus ***

Ego Iustinianus notarius *** interfui et rogatus scripsi.

CXXXVIII (786).

Busta n. 17/953, n. 12. Pergamena di mm. 230×165. Originale guasto per una grande macchia.

Permuta di terreni fra Gerardo vescovo di Bologna e Rainaldino e Giacomo e Bucafernio.

S. Nicolò di Roncalia, 1199, 23 novembre.

In Dei nomine. Anno Domini millesimo centesimo nonagesimo nono, indictione secunda, octavo die exeunte mense novembris. Ego donnus Gerardus gratia Dei ** bononiensis eclesie episcopus nomine permutacionis ** canbio in molendino de Bingo de Gradiis concedo

et do vobis iure proprio in |perpetuo| vestrisque heredibus aut cui dare vel derelinquere volueritis videlicet Rainaldino et Iacobo et Bucaferino recipientibus pro vobis et, procuratorio nomine, pro Teberto fratre vestro **** duas pecias terre nostri iuris ex parte sancte bononiensis ecclesie: prima *** in sancto Marino quam detinuit Bernardino de Armato, cui sunt fines eius: *** possidet Spadacinta et Ugo Abatore et Ugolinus Gandolfini et Ognabene, a meridie *** a sero Ioannes de **, de subtus Montivillani; alia pecia in Arzere *** Spadacinta, et Berulfus et Iohannes Calcare et episcopus, a meridie episcopus et Spadacinta, [a se]ro episcopus, de subtus via; et si qui alii fines sunt. Quas pecias terre cum superioribus [et infe]rioribus atque cum ingressibus et accessionibus suis in integrum et cum omni iure ad ipsas *** pertinenti, quod ab ac ora in antea per hoc instrumentum et pro iam dicto concambio *** scit in vestram potestate ad habendum, tenendum, possidendum proprietario [nomine] *** ad vos vel vestri heredes aut cui dare vel derelinquere volueris in perpetuum pertinendum sine omni nostra nostrorumque successorum contradictione. Quod eciam *** prenominatus episcopus Gerardus per me meosque successores hanc rem, ut superius legitur *** contradicente persona secundum legem defendere et actorizare legaliter promitto. Et si hoc non fecero vel non potuero ** per me meosque successores v[obis ***] vestrisque heredibus, nomine pene, XX libras inperiales dare promitto. Penaque soluta hec omnia, ut dicitur superius, firma semper permaneat. Et concedo vobis insuper licenciam intrandi in possessionem iam dictarum rerum vestra actoritate.

Actum in tubata Sancti Nicolai de Roncalie.

Testes donnus ** abas de Strata, Rotaldus iudex, Petrocinus de Montevello, Scinonus, Benedictus Rofeni, Quintavallis de Allano.

Et ego Cuminellus gratia Dei imperialis aule et Ferrarie notarius interfui rogatus, scripsi.

CXXXIX (787).

Busta n. 36,972, n. 20. Pergamena di mm. 400 × 195. Originale bucato con la scrittura scomparsa in qualche punto e con i margini offesi.

Cessione del notaio Guido, di Bernardino, di Giacomo figlio di Grimaldello, di Mantovano, di Rodolfino da Ponte, di Alamanno a nome della moglie Maria, all'abate Raimondo di Musiano, dei diritti di patronato sull' ospedale di Pianoro.

Bologna, 1200....

Il notaio Guido, Bernardino, Giacomo di Grimaldello, Mantovano e Rodolfino da Ponte, Alamanno anche a nome della propria moglie Ma-

ria diedero e concedettero, per ottenere la remissione dei loro peccati, all'abate Raimondo del monastero di S. Bartolomeo di Musiano tutti i diritti, azioni, ragioni e specialmente diritti di patronato che loro spettavano di diritto e di fatto sull' ospedale di Pianoro sotto pena di cento lire di bolognini nel caso non avessero tenuta ferma la loro cessione.

In nomine sancte et individue [Trinitatis]. Anno Domini nostri Ihesu Christi [millesimo ducen]tesimo, tempore Innocentii pape III, imperio vacante romanorum, III nonas i ****, indictione III. In presentia et testimonio domini Michaelis Ispani legum doctoris, W*** donni patris abbatis Raimundi, dompni Rodulfi presbiteri, Gerardi, Ranucii, Ugolini scutiferi abbatis, Guidilini de Gisso, qui testes ad hoc spetialiter vocati et rogati fuerunt: Guido notarius, Bernardinus, Iacobus Grimaldelli....

. . . . .

Actum Bononie in ecclesia sancti Michaelis archangeli, indictione predicta.

Prenominati cessores et donatores hec [que] predicta sunt taliter, ut scriptum est, scribere rogaverunt.

. . . . .

Ego Leo imperatoris Henrici auctoritate tabellio his omnibus predictis interfui et hec omnia supra dicta, ut superius leguntur, a supradictis personis rogatus, que cessionem fecerunt, scripsi et firmavi.

CXL (788).

Busta n. 17/953, n. 24. Pergamena di mm. 215 × 155. Originale guasto nel margine sinistro.

Rinnovazione di concessione livellaria da Rainerio abate di S. Stefano a Rainerio e a Lanfranco sopra un casamento.

Bologna, 1203, 19 febbraio.

Rainerio abate di S. Stefano rinnova una concessione livellaria a Rainerio e a Lanfranco sopra un casamento posto in Borgo Nuovo che confina con la casa del giudice Zaccaria.

In nomine sancte atque individue Trinitatis. Anno Domini nostri Ihesu Christi millesimo ducentesimo tercio, nullo imperatore in Ytalia regnante sextodecimo kalendas marcii, indictione sexta. Ego quidem dompnus Rainerius . . . . do et concedo tibi Rainerio et Lanfranco . . . . casamentum unum positum in Burgo Novo. . . . Confines cu-

ius tales sunt: a mane est via publica que pergit ad stratam Maiorem, a meridie possidet dominus Zaccarias iudex et Fabri de Tresaxa et Rollandus de Sexto et Arardus Pigulottus et filii Cessabovis et Duxettus de Ariosto, a sero possidet Bolongnolus et Dompnusdeus Fabri et est ortus predicti monasterii, ab aquilone possidet bonus Iohannes Pellizarius. . . . .

. . . . .

Dominus Zaccarias iudex, presbiter Egidius, Bonus Incultrus de Barbiano, et Quintavallis, Salarolus huic interfuerunt et huius rei testes rogati sunt.

Actum in Bononia in claustro sancti Stephani, indictione sexta predicta.

Ego Canbius Marchianus notarius hoc renovationis instrumentum, ut supra legitur, rogatus interfui et scripsi.

CXLI (789).

Busta n. 18/954. n. 5. Pergamena di mm. 325 × 215 (nei lati maggiori). Originale offeso nel margine sinistro.

Donazione di Benedetto di Catelino ad Azzone di Gardino e a Giacomo Bocca di Forno di beni avuti a titolo di donazione da Berardo figlio del quondam Giorgio.

Bologna, 1204, 21 gennaio.

Benedetto di Catelino cede e dona di sua spontanea volontà, con missione di agire, ad Azzo di Gardino e a Giacomo Bocca di Forno ogni diritto che ha e gli è pervenuto per una concessione fattagli da Berardo figlio del quondam Giorgio di Berardo di Bona di Giorgio.

In nomine Domini. Anno dominice Incarnationis millesimo ducentesimo quarto, indictione quarta (1), mensis ianuarii die XXI *** Benedictus Catelini, hac die mea libera et spontanea voluntate do et concedo atque mando . . . . .

. . . . .

Catelinus maior testis, Petrus frater eius testis, Catelinus filius dicti Petri testis, Iohanes Benizi testis, Nicolaus medicus.

Ego Rainerius scrinarius sacri [palatii et] imperii complevi et absolvi.

(1) L' indizione è errata.

CXLII (790).

Busta n. 18/954 n. 11. Pergamena di mm. 260 × 330. Originale.

Bolla di Papa Innocenzo III che risolve una questione vertente da lungo tempo tra i monaci di S. Stefano e i canonici della cattedrale bolognese.

Roma, 1204, 5 decembre.

Innocentius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis abbati et conventui sancti Stephani bononiensis salutem et apostolicam benedictionem.

Ea que communi concordia et pari voluntate partium sunt rationabiliter diffinita firma debent et illibata consistere et ne in recidive contentionis scrupulum relabantur apostolico sunt munimine roboranda. Sane cum inter vos ex una parte et dilectos filios canonicos ecclesie sancti Petri bononiensis ex altera, questio diutius agitata fuisset super eo quod cum ad festum sancti Petronii accedere canonicos ipsos contingit ipsis triginta panes maiores panibus suis, duos bariles boni vini unius corbis, unam libram piperis, unam meginam porci, unam coxam vacce utramque bonam sine fraude, et in vesperis celebrata processione sancti Petronii bonum vinum et species, et in mane medietatem oblationum et medietatem similiter oblationum in festo sancti Stephani ab initio processionis etiam si episcopus non adesset petebant exhiberi a vobis; et ut eos reciperetis cum aqua benedicta et incenso et aliis que in processionibus exiguntur, a nobis venerabili fratri nostro ferrariensi episcopo et dilecto filio preposito mutinensi fuit ipsa controversia delegata; qui cum ipsum negotium ad sedem apostolicam remisissent sufficienter instructum, et Rodaldus iudex pro parte canonicorum, et tu fili abbas et Hugo monachus et sindicus monasterii vestri pro ipso monasterio in nostra essetis presentia constituti; tandem volentes litium iurgia devitare sub pena centum librarum imperialium, dilecti filii nostri sancte Marie in Cosmidin diaconi cardinalis vos arbitrio submisistis ita quod parti servanti arbitrium pretaxata pena solveretur ab illa parte que ipsum renueret observare. Ipse vero cardinalis habito prudentum consilio monasterium vestrum a prestatione oblationum omnium que obveniunt eidem monasterio in festo sancti Petronii, megine porci, dimidie libre piperis et specierum absolvit. In ceteris autem que ipsi a monasterio vestro petebant, sicut superius sunt expressa, ipsis te abbatem et sindicum condempnavit. Adiciens quod si predictos canonicos contingeret in prenominatis festivitatibus non

venire, ad exhibitionem omnium predictorum monasterium esset ea vice penitus absolutum. Verum tamen si in festo sancti Stephani sine episcopo eos venire contigerit tunc non debent percipere nisi quartam partem oblationum que offeruntur in altari sancti Stephani ex quo inceperint cantare missam in eodem altari donec sit missa completa. Nos igitur tam monasterii vestri quam predicte ecclesie sancti Petri tranquillitati et paci providere volentes arbitrium ipsum, sicut ab ipso cardinali provide prolatum est, et a partibus sponte receptum auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Rome apud sanctum Petrum, nonas decembris pontificatus nostri anno septimo.

CXLIII (791).

Busta n. 18/954, n. 8. Pergamena di mm. 205 × 175. Originale con il margine superiore guasto.

Sentenza del giudice Sigizello in una lite vertente tra Ugolino di Atticonte e Ugo di Donego.

Bologna, 1205, 29 marzo.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Sigizellus quondam iudex comunis Bononie, ex [commissione ***] potestatis Bononie cognitor cause que vertitur, nunc autem ex eiusdem confirmatione, inter **** [Ugolinum Atticomitis] ex una parte et Guidonem de Gaibano curatorem Ugonis Donegi a me ei datum ex [altera *** pete]bat nomine Ugonis Donegi decimationes omnium possessionum que fuerunt patris sui Gandi **** Petro VIII corbarum per annum frumenti et quatuor corbarum spelte et quatuor corbarum vini per annum et **** in futurum prestet, quas decimationes dicebat se habere debere de his possessionibus, silicet: de uno agro in Oxoleto et de duobus agris in Carpineto et de uno agro ad rium pontis Leonis et de uno agro qui est in Scaniglia et de vinea que est in Planoro et de terra et vinea da Pontexello et de omnibus aliis possessionibus in curia Liliani et Burgi Novi positis, quia dicebat eas conventas et promissas fore ab auctoribus Ugonis Donigi; e contra Guido curator Ugonis Donegi dicebat eum non teneri, quia dicebat ipsum et auctores suos non prestasse decimationes, et si quo tempore aliquid dederunt non tamen pro decimis dederunt. Visis et auditis allegationibus, confessionibus et testibus utriusque partis, omnibusque diligenter

inspectis, habito sapientum consilio predictum Guidonem curatorem Ugonis et ipsum Ugonem in prestatio[ne] XVI corbarum frumenti et VI corbarum vini nomine decimarum de duobus proximis preteritis annis lapsis tempore receptionis libelli, et in prestatione VIII corbarum frumenti et IIII corbarum vini nomine decimarum pro presenti proximo preterito anno, dicto Ugolino Atticomitis condempno. Item dictum Guidonem curatorem Ugonis et ipsum Ugonem ut in futurum prestet decimationes omnium possessionum predictarum dicto Ugolino Atticomitis condempno. A residuo eum absolvo. Utraque parte ad sententiam audiendam presente.

Anno Domini millesimo ducentesimo quinto, die martis, quarto kalendas aprelis, indictione VIII. In domo Fradalberti lata fuit hec sententia presentibus his testibus scilicet: domino Landulfo iudice, Pelavacca Drudoli, Guidone de Ugiano, et Carnilevario notario et aliis testibus.

Ego Bolognitus qui vocor Ymera imperatoris quondam Henrici tabellio interfui et iussu dicti iudicis scripsi.

CXLIV (792).

Busta n. 18/954, n. 10. Pergamena di mm. 215 × 135. Originale.

Ricognizione di costituzione enfiteutica rilasciata da Manfredino da Sublo e da Lambertino ad Azzone abate di S. Stefano sopra una clusura di terra posta in Cadamusco.

Bologna, 1205, 5 agosto.

Giuliano di Manfredino da Sublo e Lambertino confessano di avere ricevuto iure emphiteotico da Azzone abate di S. Stefano una clusura di terra posta in Cadamusco avente sopra di sè una casa colonica.

† In nomine sancte atque individue Trinitatis. Anno Domini nostri Ihesu Christi millesimo ducentesimo quinto, nullo imperatore in Ytalia regnante, quinto die intrante mense augusti, indictione octava. Ego quidem Iulianus de Manfredino de Sublo et Lambertinus profitemur nos accepisse iure emphiteotico a te donno Azone . . . . .

. . . . .

Testes dominus Iacobus Bernardi, Pippionus, Guilielmus notarius, frater Albertus et alii rogati sunt testes et dominus Iohanninus de Tebaldis. (1)

Actum in capitulo dicti monasterii indictione predicta octava.

(1) Dal documento n. CXLV (793) si sa che è *index*.

Ego Canbius sacri palatii notarius hanc aperam, ut supra legitur, rogatus interfui et scripsi.

CXLV (793).

Busta n. 18/954, n. 9. Pergamena di mm. 245 × 220. Originale macchiato nel margine destro.

Concessione livellaria di Azzone abbate di S. Stefano a Giuliano di Manfredino da Sublo e a Lambertino sopra una clusura di terra.

Bologna, 1205, 5 agosto.

Azzone abate di S. Stefano con il consenso de' suoi confratelli monaci dà e concede a Giuliano di Manfredino da Sublo e a' suoi eredi una clusura di terra posta in Cadamusco per due porzioni, e a Lambertino figlio di Pietro di Manfredino e a suoi eredi per la terza porzione.

† In nomine sancte atque individue Trinitatis. Anno Domini millesimo ducentesimo quinto, nullo imperatore in Ytalia, die quinto intrante mense augusti, indictione octava. Petitionibus emphiteothecariis annuendo ego quidem donus Azo gratia Dei abbas monasterii sancti Stephani . . . .

. . . . .

Testes dominus dominus Iacobus Bernardi, dominus Iohanninus de Tebaldis iudex, Pippionus, Petrozolus domine Gualdradine, frater Albertus de Pipino et alii.

Actum in capitulo dicti monasterii, indictione predicta octava.

Ego Canbius sacri palatii notarius, ut supra legitur, hanc apperam rogatus interfui et scripsi.

CXLVI (794).

Busta n. 36/972, n. 29. Pergamena di mm. 250 × 170. Originale con i caratteri quasi scomparsi, deteriorato nel margine sinistro.

Rinnovazione di concessione livellaria da Azzone abate di S. Stefano ad Alberto di Rodolfo, a Rolando di Guarino ad Alberto di Guido Grasso tutore per i figli del fu Pellegrino orefice, sopra un casamento in via Maggiore.

Bologna, 1206, 23 maggio.

Azzone abate di santo Stefano rinnova una concessione livellaria sopra un casamento in via Maggiore ad Alberto di Rodolfo, a Ro-

lando di Guarino e ad Alberto di Guido Grasso tutore di Nicola e Petrizolo figli di un quondam Pellegrino orefice di via Maggiore.

In Christi nomine. Amen. Anno eiusdem millesimo ducentesimo sexto, nono die exeunte mense madii, indictione nona. Donnus Azo, Dei gratia abbas monasterii beati Stephani qui vocatur Ierusalem, renovationis causa dedit et concessit domino Alberto Rodulfi, domino Rollando de Guarino, domino Alberto Guidonis Grassi tutorio nomine. . . . .

. . . . .

**** testes autem: dominus Rainerius Girardi Rogerii de Vare gnana, presbiter Egidius **** dominus Mercadante doctor legum, Nicholaus notarius, Thomas Capitis Mazi.

Ego Canbius sacri palatii notarius, ut supra legitur, rogatus interfui et scripsi.

CXLVII (795).

Busta n. 18/954, n. 20. Pergamena di mm. 215 × 160. Originale.

Vendita di Azzone abate di S. Stefano a Aldebrandino di Bombello di una casa.

Bologna, 1206, 6 agosto.

Azzone abate di santo Stefano vende a Aldebrandino di Bombello e a suoi eredi una casa posta nel Vivario, avente una corte per la quale si ha l'ingresso e l'uscita alla strada pubblica, al prezzo di lire novanta di bolognini.

† In nomine sancte atque individue Trinitatis. Anno Domini nostri Ihesu Christi millesimo ducentesimo sexto, nullo imperatore in Ytalia regnante, sexto die intrante mense augusti, indictione VIIII. Petitionibus emphiteothecariis annuendo, ego quidem donnus Azo gratia [Dei] abbas. . . .

. . . . .

Actum in capitulo dicti monasterii, indictione predicta VIIII.

Testes: dominus Grimaldus iudex, Guido Petri Corradi, Pippionus, Latemerius eius filius, Passavans et alii rogati sunt testes.

Ego Canbius sacri palatii notarius hoc emphiteosin instrumentum, ut supra leggitur, rogatus interfui et scripsi.

CXLVIII (796).

Busta n. 18/954, n. 21. Pergamena di mm. 215 × 140. Originale.

Ricognizione di costituzione enfiteutica rilasciata da Bagarotto dottore in legge ad Azzone abate di S. Stefano per tre pezze di terra in Viadagola.

Bologna, 1206, 24 settembre.

† In nomine sancte atque individue Trinitatis. Anno Domini nostri Ihesu Christi millesimo ducentesimo sexto, nullo inperatore in Ytalia regnante, septimo die exeunte mense septembri, indictione VIIII. Ego quidem Bagaroctus doctor legum profiteor me recepisse iure emphiteosim a te dono Azone abbate sancti Stephani qui vocatur Ierusalem tres pectiolas terre aratorie positas in pertinentiis Vitaliacole in fundo et loco ubi dicitur Ponticelli que sunt aratorie facta. VI tornaturie et due partes alterius pro pretio XLV librarum bononenorum et pro pensione singulis annis in mense marcii unum bononenum et renovatione in quarta progenie sub pena dupli et defensione legitima. Confines prime pectiole tales dicti sunt: ab uno latere est rivus qui dicitur Gena, alio latere via currens, tertio heredes Buvalelli, quarto dictus emphiteothecarius. Confines aliarum duarum ibidem positarum tales: ab uno latere limes, ab aliis tribus lateribus dictus emphiteothecarius, vel si qui alii confines sunt. Ut liceat mihi habere et tenere et possidere et quicquid mihi meisque heredibus deinceps placuerit, salvo iure dominii faciendum usque in tertiam progeniem, et post meam tertiam progeniem exactam aliud emphiteosim instrumentum hoc modo renovetur.

Prenominatus emphiteothecarius hanc apperam, ut supra legitur, scribere rogavit.

Actum in capitulo dicti monasterii, indictione VIIII predicta.

Dominus Berlengerius romanus, Celestinus medicus, Bene calzolarius, Petrozinus de Loveleto testes rogati sunt.

Ego Canbius sacri palatii notarius hanc apperam, ut supra legitur, rogatus interfui et scripsi.

CXLIX (797).

Busta n. 18/954, n. 22. Pergamena di mm. 160 × 171. Originale.

Cessione enfiteotica di Azzone abate di S. Stefano a Michele di Raniero di una pezza di terra.

Bologna, 1206, 29 ottobre.

Azzone abate di santo Stefano dà e concede a Michele, figlio di Raniero pescatore, della strada di san Vitale e a' suoi eredi una pezza

di terra posta in luogo che si chiama Lamaro ossia Guardata di Gotescalco oppure anche Fraseneta, vicino alla strada che da Bologna conduce a Castenaso.

† In nomine sancte atque individue Trinitatis. Anno Domini nostri Ihesu Christi, millesimo ducentesimo sexto, quarto kalendas novembris, indictione VIIII. Ego quidem donnus Azo gratia Dei . . . . .

. . . . .

Actum in capitulo sancti Stephani.

Testes: Berteramus iudex et notarius, Albertus Macarius, Simon de Tarafocolis, magister Ugo Placentinus et alii plures.

Ego Canbius sacri palatii notarius, ut supra legitur, rogatus interfui et scripsi.

CL (798).

Busta n. 18/954, n. 25. Pergamena di mm. 230 × 190. Originale bucato nel mezzo.

Rinnovazione di concessione livellaria di Azzone abate di S. Stefano al giudice Grimaldo sopra un casamento.

Bologna, 1207, 2 aprile.

In nomine sancte atque individue Trinitatis. Anno Domini nostri Ihesu Christi millesimo ducentesimo septimo, nullo imperatore in Ytalia regnante, secundo die intrante mense aprilis, indictione X. Petitionibus emphiteothecariis annuendo, ego quidem donnus Azo gratia Dei abbas monasterii sancti Stephani; hoc emphiteosim instrumento renovationis causa de novo do et concedo tibi Grimaldo iudici tuisque heredibus casamentum unum positum iuxta stratam sancti Stephani cum ingressu et egressu suo usque in viam publicam et cum omnibus que super se et infra se habentur, in integrum. Confines cuius tales dicti sunt: a duobus lateribus possident Albertus et Gilius Iohannis Vasconis, a sero possident Pelegrinus et Petrus notarius fratres, ab aquilone predicta strata sancti Stephani et est ipsum casamentum per longum [mensura]tum XLIIII pedes, in capitibus vero est XVII pedes, salva ratione pluris minorisve, vel si qui alii confines sunt, omnia ut predixi, et que infra predictos confines continentur in integrum. In presenti renovationis causa, do et concedo et novam concessionem facio tibi prenominato emphiteothecario tuisque heredibus [de] predicta re, ad habendum tenendum et possidendum et quicquid tibi et tuis heredibus deinceps placuerit, salvo iure dominii, fatiendum ** [usque in terciam progeniem et post] terciam progeniem exactam aliud emphiteosim instrumentum hoc modo renovetur. Et huius rei nomine

******** heredes mihi meisque fratribus et successoribus singulis annis mense marcii unum bononenum gratia pensionis mihi [meisque successoribus exhibeas. Ego ab omni] quoque homine prescriptam rem legitime defendere et auctorizare senper tibi et tuis [heredibus promitto: et si ego vel mei] successores predicta omnia senper firmiter observare noluerimus aut hanc emphiteosim [quolibet modo offendere presumpserimus] pene nomine predicte rei duplum eiusdem bonitatis et extimationis dare tibi et tuis heredibus promitto; et insuper hoc emphiteosim instrumentum, ut supra legitur, senper incorruptum tenere spondeo.

Prenominatus donnus abbas hoc emphiteosim instrumentum renovationis, ut supra legitur, scribere rogavit.

Actum in capitulo dicti monasterii, indictione X predicta.

Testes: Albertus Piranus, Henregictus clericus, Brunectus faber, Matheus de Lastegnano, Beneincasa *** de Apossa et alii plures huic interfuerunt et testes rogati sunt.

Ego Canbius sacri palatii notarius hoc renovationis instrumentum, ut supra legitur, rogatus [interfui et scripsi].

CLI (799).

Busta n. 36 972, n. 31. Pergamena di mm. 495 × 145 (nei lati maggiori). Originale orribimente mutilo nel margine sinistro.

Divisione di beni feudali dell'abate di S. Stefano tra Lambertuzzo di Auziano e il monaco Ildebrando.

Bologna, 1206, 5 marzo.

Lambertuzzo di Auziano, con il consenso de' suoi consorti, promise e convenne con l'abate Azone di santo Stefano di dividere tutto il fondo nella curia di *** che aveva in feudo, con don Ildebrando, nominato socio dal detto abate, obbligandosi ciascuno di mantenere il patto sotto pena di cinquanta lire di bolognini

[Anno] Domini nostri Ihesu Christi millesimo ducentesimo octavo, quinta die intrante marcio, indictione XI, in presentia et testimonio magistri Iohannis et magistri Alberti decretistarum et donni Ys[nardi], et domini Manfredini iudicis, et donni Goctoli de Auziano et aliorum. Lanbertuzius de Auziano de consensu et voluntate suorum consortum promisit et convenit . . . .

. . . . .

*** scribere rogavit

Actum apud dictum monasterium.

*** sacri palatii notarius, ut supra legitur, rogatus [scribere scripsi].

CLII (800).

Busta n. 18/954, n. 33. Pergamena di mm. 145 × 165. Originale difettoso nel margine sinistro.

Sentenza d'appello del giudice Ubertino in una lite tra Giolitta e Ugolino di Maria.

Bologna, 1208, 2 agosto.

† In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego Ubertinus iudex ex delegatione domini Guidonis bononiensis potestatis cognitor appellationis facte ab Ugolino Zoppo procuratorio nomine pro domina Iolitta a sententia domini Tomasini qui sua sententia infirmaverat et iniustam pronuntiaverat sententiam domini Bonecause, in qua Ugolinus Marie ad restitutionem cuiusdam petie terre posite in Varignana in loco qui dicitur Farnito, iuxta Danielem et iuxta Tancredolum, condempnatus erat. Visis et auditis testibus ab utraque parte productis et instrumento producto ab Ugone Marie, et allegationibus utriusque partis, et habita super his deliberatione, habitoque quam plurium sapientum consilio, sententiam domini Tomasini iuxta fore pronuntio et bene iudicatum male appellatum esse dico. Ideoque ipsum Ugolinum Marie et donnum Ysaiam eius procuratorem absolvo a petitione domine Iolitte et procuratore eius scilicet Ugolini Zoppi et Wuilielmini de Poliasteo absolvo; presente dicto Ugolino Zoppo et Ugolino Marie ad sententiam audiendam.

Anno millesimo ducentesimo octavo, die secundo intrante mense augusti, indictione XI.

Testes: Cambius, Rainaldinus et Guidobonus et alii.

Actum in palatio domini episcopi, indictione predicta.

Ego Orabona quondam Federici impperatoris et eius auctoritate notarius, huic sententie date, ut supra legitur, interfui et rogatus scripsi et firmavi.

CLIII (801).

Busta n. 19/955, n. 4. Pergamena di mm. 190 × 150 (nei lati maggiori). Originale.

Rinnovazione di concessione livellaria di Azzone abate di S. Stefano a Rosso di Ozzano sopra una casa.

Bologna, 1209, 14 gennaio.

Azzone abate del monastero di santo Stefano rinnova a Rubeo di Ozzano l'enfiteusi di una casa in Vivario presso la via del Vivaro nella città di Bologna.

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S COLLEGE

† In nomine sancte atque individue Trinitatis. Anno Domini nostri Ihesu Christi millesimo ducentesimo nono, XVI kalendas februarias, indictione XII. Petitionibus emphiteothecariis annuendo ego quidem donnus Azo gratia Dei abbas . . . .

. . . . .

Actum in parlatorio sancti Stephani, indictione predicta XII.

Testes: dominus Grimaldus Rubeus iudex, Beccadellus de Baxabecco, Iohannes Linarolus, Pelegrinus et Petrus notarius fratres huic interfuerunt et testes rogati sunt.

Ego Canbius sacri palatii notarius hanc apperam, ut supra legitur, rogatus interfui et scripsi.

CLIV (802).

Busta n. 36/972, n. 36. Pergamena di mm. 150 × 95. Originale bucato nel mezzo.

Sentenza del maestro Giordano e del canonico Giovanni di Modena in una causa tra il sindico del monastero di S. Maria in Strada e Ubertino, Pietro e Lamberto.

Modena, 1210, 27 novembre.

In Christi nomine. Anno a nativitate eiusdem millesimo ducentesimo decimo, indictione decima tertia, die sabati quarta exeunte novembri. Nos magister Iordanus prepositus et Iacobus canonicus mutinensis iudices delegati in causa que vertitur inter Lanbertuzum sindicum sancte Marie in Strata ex una parte, et Ubertinum et fratrem eius et Petrum et Iohannem filios Guizardini ex altera, super quibusdam **** curte Zapulini et curte Montis B*** iam tenuit presbiter Iohannes et frater eius Petrus **** sancte Marie in Strata * maiores predictorum **** sepius ad iudicium vocati non venerunt, nec suffitientem responsalem miserunt. Ideo dicimus et pronuntiamus et iudicamus predictum sindicum sancte Marie in Strata esse mittendum causa rei servande in possessionem omnium predictarum rerum, salvo iure proprietatis, et damus ei per manum Tomasinum ut debeat ei dare tenutam de predictis possessionibus.

Actum in canonica Mutine solempniter, presentibus testibus scilicet: domino Rolandino de Gomola, domino Gosberto, Girardo, Garganino de Contexelle et aliis.

Ego Raimundinus sacri palatii notarius interfui et iussu suprascriptorum scripsi.

CLV (803).

Busta n. 36/972, n. 69. Pergamena di mm. 385 × 130. Originale bucato nel mezzo e mutilo.

Sentenza del maestro decretista Benedetto in una causa di decime tra il monastero di S. Stefano e i nobili di Ozzano.

Bologna, 1212, 28 febbraio.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Ego magister Benedictus iudex delegatus a domino papa in causa decime que vertitur inter sindicum et abbatem sancti Stephani nomine eiusdem monasterii ex una parte et nobiles viros de Olziano scilicet: Guarinum, Gottolum, Castellum, Aginolfum, [Uspinellum] Gerardum de Collina, Ugolinum Cainardi, Gerardum de Bernardo, Iacobum fabrum, Albertum *** [ex parte] alia, a quibus dictus sindicus nomine monasterii sancti Stephani petere sibi decimas in campo *** de fructibus omnium terrarum et possessionum quas dicti laici habent ** in plebatu plebis Pastini *** plebatum quondam sancti Stephani in Quaderna nunc autem plebis Pastini *** a mane ****** vel si qui alii confines in libera **** concessione episcopi Bononie et archipresbiteri plebis Pastini *** [Lis] igitur inter predictos, et laicos excepto domino Gottulo coram me super predictis legitime contestata, auditis utriusque partis confessionibus, et dictis testium diligenter examinatis, viso laudo sive arbitrio facto a magistro Gratia decretista scripto per manum Cambii notarii, approbato per archipresbiterum plebis Pastine et suos fratres, consentiente donno Gerardo bononiensi episcopo et auctoritatem prestante atque dictum arbitrium sive laudum confirmante, viso etiam instrumento donationis sive cessionis iuris percipiendi decimas in abbatem sancti Stephani nomine ipsius monasterii per archipresbiterum plebis Pastine et suos fratres ** lati scripto per manum Cambii notarii, viso etiam instrumento divisionis sive assignationis possessionum facte per Guinizum et Petrozinum monasterio sancti Stephani scripto per manum Cambii notarii, datis etiam terminis pluribus dictis laicis ad probandum quod michi fecerint adiungi iudicem in causa supradicta, et eis legitime non probantibus, datis *** eisdem laicis ad rest *** publicationem et disputationem et non venientibus, item perempto[rie] *** ad sententiam audiendam et non compare[ntibus] *** sapientum consilio, et prestito etiam iuramento **** dictos laicos totiens citatos, eorum tamen **** dominos Guarinum Gottulum, Castellum, Aginolfum, Uspinellum, Gerardum de Collina, Ugolinum Cainardum, Gerardum de Bernardo, Iacobum fabrum, Al-

bertum Bonfante auctoritate domni pape qua fungor ad prestationem decimarum sindico sancti Stephani nomine eiusdem monasterii condempno, scilicet ut de possessionibus quas habent intra predictos confines vel alios in libello designatos dicto sindico nomine dicti monasterii sancti Stephani et dicto monasterio decimas in futurum exsolvant in eo loco ubi consuetudinis est bononiensis diocesis quod solvantur; et hanc sententiam auctoritate domni pape firmiter precipio observari. Presente presbitero Durante cappellano sancti Stephani procuratore dicti sindici ad sententiam audiendam.

Prolata fuit hec sententia Bononie in domo Iacobini de Ubertis in qua stabat magister Benedictus, presentibus magistro Riccardo de Troartio, Buvalello Druduli *** [Pe]tro de Andrea, Ugolino Alberoli de sancto Iohanne in Perseceto, Petro Selvario de Vitaliagola, Guidone scolare, et Bolongetto de Calanchino testibus ad hoc spetialiter vocatis.

Anno Domini millesimo ducentesimo decimo secundo, die secundo exeunte mense februarii, indictione decima quinta.

Ego Ranaldus domini Ottonis imperatoris notarius, rogatus interfui et mandante magistro Benedicto, prout superius continetur, scripsi et firmavi et emendavi Gottulum. (1)

Libellus Uspinelli talis erat: Peto ego Ugo sindicus sancti Stephani nomine ipsius monasterii ab Uspinello de Olziano ut prestet in decimas in campo de omnibus fructibus terrarum et possessionum quas habet in plebatu plebis Pastine in plebatu quondam sancti Stephani in Quaderna nunc autem plebis Pastine infra hos confines: a mane via de Battindarno, de super strata Maior, a sero Quaderna et per Quadernam recto tra[mite] ad viam de Mucilaria, et per viam de Mucilaria ad guardatam hominum de Olziano, et de subtus boscum, pertinentes ad monasterium ex concessione episcopali et archipresbiteris Pastine et suorum fratrum unde rationem peto. Et idem erant libelli aliorum hominum qui continentur in sententia, mutatis nominibus eorum. Ego Ranaldus domini Ottonis imperatoris notarius scripsi.

CLVI (804).

Busta n. 19/955, n. 18. Pergamena di mm. 385 × 340. Originale.

Gerardo vescovo di Bologna concede all' abate di S. Bartolomeo di Musiano le decime di Pianoro.

Bologna, 1212, 6 luglio.

Gerardo vescovo della chiesa bolognese concede ad Enrico abate di S. Bartolomeo di Musiliano, ai confratelli e ai successori di lui,

(1) Il nome Gottulum a metà del documento è interlineato.

dietro dimanda, tutte le decime e il diritto di decimare che la chiesa bolognese ha nella curia di Pianoro, con la condizione che i monaci ogni anno diano al vescovo sei lire di bolognini.

Gerardus Dei gratia bononiensis ecclesie episcopus, dilecto in Christo fratri Henrico monasterii S. Bartholomei de Musiliano abbati, vestrisque fratribus et sucessoribus tam presentibus quam futuris, in perpetuum. Desiderium quod ad honestatis. . . .

. . . . .

Magister Gratia doctor decretorum, presbiter Geiorgius, Albertinelus de Riosto et Iacobinus dicti episcopi camararius rogati sunt testes.

† Ego Gerardus Bononie episcopus manu mea scripsi.

Datum per manum Raynucini iam dicti episcopi scribe et quondam Henrici imperatoris notarii, annis Domini millesimo ducentesimo decimo secundo, sexto die intrante iulio, indictione XV, scriptum et firmatum.

CLVII (805).

Busta n. 19/955, n. 21. Pergamena di mm. 225 × 150. Originale.

Rinnovazione di enfiteusi fatta da Geremia e Giacomello sopra un casamento dell'abate Azone di S. Stefano.

Bologna, 1213, 27 gennaio.

Geremia e Giacomello figli del quondam Mascarone di Gabione dichiarano di avere ricevuto in enfiteusi dall'abate Azone di S. Stefano un casamento posto nella Strada Maggiore con una casa sopra, in prossimità dei beni di Bagarotto.

In nomine sancte atque individue Trinitatis. Anno Domini nostri Ihesu Christi millesimo ducentesimo tertio decimo, die quinto exeunte ianuario, indictione prima. Nos quidem Ieremias et Iacomellus . . . . profitemur . . . . recepisse . . . . casamentum . . . . Confines cuius casamenti tales dicti sunt: ab uno latere possidet Bagaroctus, alio latere Argentus Uguiccionis Gabionis, tertio latere adest strata Maior . . . .

. . . . .

Actum in camera abbatis sancti Stephani, indictione predicta prima.

Ego Canbius sacri palatii notarius, ut supra legitur, rogatus interfui et scripsi.

CLVIII (806).

Busta n. 19/955, n. 23. Pergamena di mm. 195 × 115. Originale.

Sentenza del giudice Gerardo di Unzola in una lite tra la comunità di S. Maria in Strada e Pietro de Busa.

Bologna, 1213, 13 febbraio.

In nomine Christi. Amen. Ego Gerardus de Onzola iudex comunis Bononie ex delegatione domini Matthei potestatis Bononie cognitor querimonie facte a Lambertuzo sindico ecclesie sancte Marie de Strata nomine ipsius collegii de Petro de Buxa in hunc modum: Vobis domino Mattheo potestati Bononie conqueror ego Lambertuzus sindicus ecclesie sancte Marie de Strata, nomine ipsius collegii, de Petro de Busia, a quo peto peciam unam terre aratorie positam in curia sancte Marie de Strata in loco qui dicitur Runcus de Vena: a mane cuius possidet dictus Petrus, de super limes, a sero dictus Petrus, pertinentem dicte ecclesie iure dominii vel quasi; unde restitutionem peto. Eo vero vocato et veniente et libello apcepto, termine statuto non redeunte, et prestito sacramento calumpnie a dicto Lambertuzo sindico quo declaravit omnia supradicta vera esse, pronuntio ipsum fore mittendum in possessionem dicte terre, omni legitimo ausilio absenti reservato.

Lata fuit hec sententia in pallacio comunis Bononie presente domino Bocaferino et Bonapresso notario et Iacobo notario.

M. CCXIII, die decima tertia intrante februario, indictione prima.

Ego Castellasius domini Ottonis imperatoris tabellio interfui et mandato supradicti iudicis scripsi.

CLIX (807).

Busta n. 36/972, n. 66. Pergamena di mm. 110 × 120. Originale con i caratteri in alcuni punti scomparsi.

Precetto del giudice Rolandino de Lafasani in favore di Lambertuzzo sindico del monastero di S. Maria in Strada.

Bologna, 1213, 18 febbraio.

Anno Domini millesimo ducentesimo decimo tertio, die lune decimo primo exeunte februario, indictione prima. Testes: dominus Rolandinus Iohannis notarius, Dondedeus nuntius, Petrus de Burgo sancti Felicis, et Berlengerius. Dominus Rolandinus de Lafasanis

iudex rerum sententiarum comunis Bononie precepit Pergolano nuntio comunis ut det tenutam Lanbertuzo sindico sancte Marie in Strata, nomine ipsius ecclesie et collegii recipienti, de una petia terre aratorie posita in [ipsa cu]ria de sancta Maria in Strata, in loco qui dicitur Roncis de Vena: a mane et a sero possidet Petrus de Labusa, de super limes, salvo [dominico] iure, pro sententia interlocutoria lata contra ipsum Petrum [a] Gerardo de Unzola, scripta per manum Castellasi notarii.

Ego Leonardus Sirganus domini Ottonis imperatoris notarius et nuncius *** huic precepto interfui et mandato dicti iudicis scripsi.

CLX (808).

Busta n. 19/955, n. 24. Pergamena di mm. 600 × 295. Originale.

Proposta di sentenza arbitrale al maestro Grazia in una contesa tra Azone abate di S. Stefano e i sacerdoti delle terre di Ozzano.

Bologna, 1213, 8 marzo.

† In nomine sancte atque individue Trinitatis. Anno Domini nostri Ihesu Christi millesimo ducentesimo decimo tertio, die octavo intrante mense marcio, indictione prima. Donnus Azo abbas monasterii sancti Stephani quod vocatur Ierusalem de consensu et voluntate suorum fratrum videlicet: donni Ramberti, donni Ysnardi, donni Marsilii, donni Stephani et donni Alberti, et fratris Rainerii conversi et sindici ipsius monasterii et aliorum suorum fratrum ex una parte, et presbiter Ugo ecclesie sancti Petri de Ulziano, nomine ipsius ecclesie pro se et pro presbitero Girardo sacerdote ipsius ecclesie, et presbiter Guido sacerdos de eodem castro ex altera, nomine ipsius ecclesie sancti Laurentii, compromiserunt inter se ad invicem et magistro Gratie doctori decretorum stare eius laudo et arbitrio seu amicabili compositioni. Quod vel quam inter eos laudaverit arbitratus fuerit, et observare et firmum firmam in perpetuum tenere nec contravenire sub pena centum librarum bononenorum, et pena soluta in totum tam ipsi arbitro quam alteri parti ab ea parte que eius laudum et arbitrium seu amicabilem compositionem non servaverit, rato manente eius laudo arbitrio seu amicabili compositione, de lite et controversia que inter eos vertebatur, que talis erat: Dicebant itaque dictus abbas et eius conventus se debere habere et percipere in totum decimas de omnibus terris et possessionibus et eorum fructibus quas terras et possessiones habent homines de Ulziano in curia Ulziani infra istos confines: de super strata Maior, a sero sicut trahit ortus sancti Stephani in Quaderna, recto tramite ad ipsam Quadernam ad primum

vadum Quaderne inferius, et deinde per Quadernam recto tramite ad viam de Mucillaria, et per ipsam viam usque ad boscum sive guardata hominum de Ulziano, de subtus est bochus (1), a mane via de Baptindarno usque ad Albaretam. Et petebant a dictis sacerdotibus nomine sui monasterii inquietari in percipiendis decimis predictarum possessionum; item petebant dictus abbas nec non eius conventus nomine sui monasterii a prefatis sacerdotibus nomine suarum ecclesiarum de Ulziano ne de cetero intromitterent se de domibus et hominibus qui sunt et stant et stabunt ad stratam ad sanctum Stephanum in Quaderna, quantum ad parrochialia nisi facerent de consensu et voluntate sacerdotis qui pro tempore ibi fuerit. Item petebant ne de cetero dicti sacerdotes deberent penitentiare qui stant vel stabunt ad predictam stratam nisi primo requirerent sacerdotem qui pro tempore fuerit et steterit in sancto Stephano in Quaderna cuius ecclesie parrochiam esse dicebant. Et contra dicebant dicti sacerdotes nomine suarum ecclesiarum dictas decimas ad ecclesias suas pertinere, et se eas etiam longissimo tempore percepisse, quare petebant a dicto abbate et eius conventu et sindico super dictis decimis non inquietari. Item actum est expresse et dictum in compromisso quod, altera parte absente, per contumaciam dictus arbiter possit in dicta causa et de dicta lite et controversia procedere et suum laudum seu arbitrium proferre et valeat sicut ambe partes essent presentes.

Prenominatus donnus abbas et iam dicti sui fratres et supra memorati sacerdotes nec non prenominatus arbiter, ut supra legitur.

Actum in civitate Bononia in strata sancti Stephani in domo ipsius monasterii, indictione predicta prima.

Testes dominus Manfredus index, Odericus frater Castelli, Hospinellus, Bennolus de Carraria et Asprandinellus ulzianenses et alii multi rogati sunt testes.

Ego Canbius sacri palatii notarius, ut supra legitur, rogatus a predictis partibus et mandato dicti arbitri interfui et scripsi.

CLXI (809).

Busta n. 19'955, n. 24. La pergamena è la stessa del n. CLX (808).

Lodo del maestro Grazia in una lite tra l' abate Azone di S. Stefano e i sacerdoti rettori delle chiese di Ozzano.

Bologna, 1213, 24 aprile.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Ego magister Gratia doctor decretorum arbiter electus et constitutus seu amica-

(1) Così ha il testo per *boschus*.

bilis compositor a donno Azone abbate sancti Stephani Bononie et eius conventu ex una parte et presbitero Ugone ecclesie sancti Petri de Ulziano pro se et pro presbitero Girardo eiusdem ecclesie sacerdote, et presbitero Guidone sancti Laurentii eiusdem castri nomine suarum ecclesiarum ex altera, de lite et controversia que inter eos nomine dicti monasterii et iam dictarum ecclesiarum vertebatur, laudo arbitror et nomine compositionis dico: Ut presbiter Ugo et presbiter Girardus et presbiter Guido nomine dictarum suarum ecclesiarum et ipse ecclesie habeant et percipiant quiete et pacifice de cetero decimas de omnibus terris et possessionibus dominorum et Hospinelli de Ulziano quas ipsi domini quas ipsi domini (1) et Hospinellus predictus modo habent et tenent ad suas manus vel alii laborant pro eis ad certam partem fructuum. Item laudo, arbitror et nomine compositionis dico ut dicti sacerdotes et prefate ecclesie de Ulziano de cetero non prestent decimas de suis terris et possessionibus quas ipsi et predicte ecclesie modo habent et tenent infra confines positos et designatos in compromisso, etiam si predicte possessiones dominorum et Hospinelli et possessiones predictarum ecclesiarum de Ulziano pervenirent ad manus hominum de populo; et precipio et laudo et arbitror et nomine compositionis dico ut dictus donnus abbas per consensum et voluntatem suorum fratrum faciant cessionem et finem et refutationem dictis sacerdotibus de dictis decimis predictarum terrarum dominorum et Hospinelli de Ulziano, et de decimis suarum terrarum ecclesiarum secundum quod supra dictum est. Item laudo arbitror et nomine compositionis dico ut dictus abbas et sui fratres et eius monasterium quiete pacifice habeant et percipiant decimas de omnibus aliis terris et possessionibus hominum de Ulziano positis intra confines positos et designatos in compromisso; et si predicte possessiones et terre hominum de populo pervenirent ad ipsos dominos de Ulziano et Hospinellum et ad ipsas ecclesias, et predicti sacerdotes faciant dicto abbati recipienti nomine sui monasterii et nomine suorum fratrum et successorum cessionem et finem et refutationem inrevocabilem de omnibus predictis decimis terrarum hominum de populo de Ulziano. Item laudo arbitror et nomine compositionis dico ut dicti sacerdotes de cetero non intromittant se nec ipse ecclesie de Ulziano de hominibus qui stant vel stabunt ad stratam ad sanctum Stephanum in Quaderna quantum ad parrochialia sed quietam et pacificam dimittant ecclesie sancti Stephani in Quaderna dictam parrochiam nisi facerent de consensu et voluntate sacerdotis qui pro tempore ibi fuerit, si fuerit ibi sacerdos. De penitentiis vero laudo arbitror et

(1) Il testo si ripete.

dico ut homines qui stant vel stabunt ad sanctum Stephanum in Quaderna vel ad ipsam stratam possint accipere penitentiam a quocumque sacerdote voluerint, requisito tamen prius sacerdote qui pro tempore ibi fuerit sive det licentiam sive non. Et hec omnia laudo arbitror et precipio observari sub pena in compromisso apposita, hoc excepto quod pena non committatur si sacerdotes de Ulziano penitentiarent aliquem de dicta parrochia sacerdote dicte ecclesie sancti Stephani non requisito. Quod laudum ambe partes seu arbitrium sive amicabilem compositionem laudaverunt adprobaverunt et emologaverunt et cessionem et finem et refutationem inrevocabilem inter se ad invicem fecerunt sicut preceperat eis dictus arbiter sive amicabilis compositor. Videlicet donus abbas de consensu et voluntate suorum fratrum ibidem presentium scilicet donni Ramberti, donni Ysnardi, donni Marsilii, donni Stephani, donni *** et donni Alberti et ceterorum suorum fratrum; et prefati sacerdotes ibidem presentes, scilicet: presbiter Ugo, et presbiter Girardus, et presbiter Guido, sicut supra dictum, omnia predicta emologaverunt et firmaverunt et fecerunt sicut preceperat eis dictus arbiter.

Prenominatus arbiter sive amicabilis compositor, ut supra legitur, ambabus partibus presentibus et consentientibus scribere rogavit.

Actum apud dictum monasterium sancti Stephani in civitate Bononie, indictione prima.

In presentia et testimonio testium ad hoc rogatorum scilicet: presbiteri Egidii sancte Tecle, Canbii de Ariosto, Iohannini placentini, domini Goctoli, et Ugolini Castaldi, et Guidonis de Actolino, et Alberti Ulzia[nens]ium

Anno Domini nostri Ihesu Christi millesimo ducentesimo decimo tertio, die septimo exeunte mense aprilis, indictione prima.

Ego Canbius sacri palatii notarius hoc laudum seu arbitrium et amicabilem compositionem, ut supra legitur, scribere rogatus interfui et mandato dicti arbitri scripsi et complevi.

CLXII (810).

Busta n. 19/955, n. 26. Pergamena di mm. 335 × 110. Originale.

Consegna di denaro e di oggetti preziosi fatta dall' abate Azzone di S. Stefano a W. familiare di Papa Innocenzo III.

Bologna, 1213, 26 novembre.

Anno Domini millesimo ducentesimo decimo tertio, die quinto exeunte novembri, indictione prima. In presentia et testimonio domini Henrici electi Bononie, magistri Bonidiei, Alberici notarii, donni

Ysnardi, donni Marsilii, Filicari, Rollandini, Bonicambii, Arardi, Gratiani de *** mercatorum Bononie et aliorum multorum, donnus Azo abbas sancti Stephani Bononie numeravit dedit et tradidit fratri W. familiari domini pape, nomine ipsius domini pape, ex parte regis Portugalie tria milia aureorum marrochinorum duo minus, et ex parte Ulixbonensis episcopi CCCC obolos aureos. Item ex parte archiepiscopi Tolletani aut archiepiscopi sancti Iacobi quingentas unam musimutinas (?) duplices. Item in alia parte ex parte predictorum archiepiscorum CXIII duplices, et CCCLXXIIII simplices. Item sequenti die p*a in civitate Bononie in camera ipsius abbatis, in presentia et testimonio domini Marsilii, domini Iacobi archidiaconi ravennatis, Henregicti clerici canonicorum sancti Petri, fratris Viviani templarii, Brixiani, Pistoris, Zanelli de Sabina et Rainuzini de Varegnana prefatus abbas dedit et tradidit prefato W. fratri familiari domini pape unum pallium ad cooperiendum altare vel lectum cum IIII toalliolis et obbam auream et duas obbas argenteas deauratas ad opus domini ex parte regis Castelle secundum quod ipse abbas credit, que omnia superscriptus abbas dedit et tradidit prefato W. recipienti domini pape, sicut supra scriptum est, et ipse recepit.

Prenominatus frater W., ut supra legitur, una cum iam dicto abbate scribere rogaverunt.

Forma litterarum quas habebat prefatus W. cum bulla domini pape hec erat: Innocentius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis . . . . sancti Stephani . . . . sancti Proculi . . . . abbatibus priori sancti Iohannis in monte et . . . . domus hospitalarii Ierosolimitani et . . . . domus militie templi magistris Bononie salutem et apostolicam benedictionem. Presentium vobis auctoritate mandamus quatenus quicquid penes vos nomine nostro depositum dilecto filio fratri W. familiari nostro presentium latori sine difficultate qualibet asignetis nobis quicquid et quantum eidem singuli asignabitis fideliter rescripturi. Datum Laterano III kalendas novembris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

Ego Canbius sacri palatii notarius omnibus supradictis interfui et scripsi, et bullam vidi et emendavi prefatus abbas interlinialiter.

CLXIII (811).

Busta n. 19/955, n. 29. Pergamena di mm. 400 × 200. Originale.

Lodo di Ubertino giudice in una contesa tra i monaci di S. Stefano e i canonici di S. Giovanni in Monte.

Bologna, 1214, 30 aprile.

Anno Domini millesimo ducentesimo decimo quarto, die ultimo exeunte aprili, indictione secunda. In palatio domini episcopi Bo-

nonie. Dominus Ubertinus iudex domini Henrici bononiensis episcopi laudavit et arbitratus fuit et dixit quod illis de sancto Stephano liceat facere quicquid volunt usque ad palos quos ficcari et poni fecit iuxta rivam vinee sue posite in braina sancti Stephani. Item dixit quod liceat illis de sancto Iohanne de Monte facere quicquid volunt usque ad palos quos ficcari et poni fecit iuxta ripam terreni ipsius ecclesie sancti Iohannis quod habet positum ab alio latere turionis. Terrenum autem quod remanet inter utramque rivam et palos, ex utraque parte positos et ficcatos, laudavit et arbitratus fuit et dixit quod commune inter eos sit, et fecit illud terrinum fundi fossati mensurari per Iulianum de Erro et . . . . eius socium, quod in latitudine est duorum pedum, sumpto initio in mensurando a latere superiori versus burgum strate sancti Stephani et in iusum iverunt ficcando palos versus burgum strate Maioris usque quo protenduntur vinea sancti Stephani et terrenum ortorum usque ad fossatum quod est in capite vinee et ortorum, et ab illo capite versus burgum strate Maioris a qualibet parte fuit ficcatus unus palus, et latitudo fossati ab illo capite est trium pedum. Et dixit et laudavit et arbitratus fuit quod liceat cuilibet eorum fodere fossatum quencumque voluerit separatim vel simul, et si unus eorum foderet sine altero non fiat preiudicium alteri quominus fodeat quantum voluerit.

Interfuerunt Albericus notarius, et dominus Albergittus de Ariosto iudex, et Palmerius rector hospitalis sancti Petri Bononie, et Ubertinus faber de strata Maiori, et huius rei rogati fuerunt testes.

Ego Andreas de Sancto Severino, imperiali auctoritate notarius huius laudi prolationi interfui presens et mandato dicti domini Ubertini, ut supra legitur, scripsi.

CLXIV (812).

Busta n. 19/955, n. 37. Pergamena di mm. 285 × 325. Originale bucato in vari punti.

Prestazione di decime di Enrico rettore dell' ospedale di Quaderna ad Azzone abbate di S. Stefano.

Bologna, 1216, 21 giugno.

Enrico rettore e signore dell' ospedale di Quaderna e Pedone sindico promisero per sè e per i loro successori ad Azzone abate di santo Stefano e a Ugo sindico dello stesso monastero di dare ad essi e ai loro successori tutte le decime di tutte le possessioni che il predetto ospedale ha o avrà in futuro, eccettuate quelle dei possedimenti che gli

sono state donate dallo stesso Azzone. Di più Enrico e Pedone si obbligano a non muovere contro Azzone e il monastero di santo Stefano nessuna causa avanti a giudice secolare o spirituale, sotto pena di cento lire di bolognini nel caso di infrazione al contratto.

Anno Domini millesimo ducentesimo decimo sexto, die decima exeunte mense iunii, indictione IIII, in Bononia, in camera domini abbatis infrascripti apud sanctum Stephanum et presentibus testibus ad hoc specialiter vocatis et rogatis silicet: domino Petro Carabone iudice, Guinizo Gerardi Marie de Ulziano, Nascinbene quondam Azzonis ** de burgo strate Maioris filio, Rainuzino filio Petrizini de la Butte de Vargnana, et Petro de Badalo atque Apuglerio de Peroxa. Dominus Henricus rector et dominus hospitalis de Quaterna et Pedonus illius hospitalis sindicus per se . . . .

. . . . .

Item anno Domini millesimo ducentesimo decimo septimo, die decima tertia mense martio exeunte, indictione V . Apud hospitale predictum et presentibus testibus scilicet: Ugolino notario, Iuliano Alberti Caugatti, Iohanne de Lerta, et Olzanino atque Petro de Cetera muratore, Bonus Iohannes, Gerardus Paganellus massarius, Orlandus, Bonus Fidele, Guidolus, Donigellus frater eius, Iohanellus, Deodatus, Bargaza, Bondi, Petrizolus, Guido Monarius et Aldrebandus Montanarius conversi supra dicti hospitalis Quaterne et fratres domini Henrici iam dicti, ipso domino Henrico rectore illius hospitalis presente, laudaverunt et approbaverunt et confirmaverunt omnia supradicta facta per ipsum eumdem dominum Henricum et dictum Pedonem sindicum hospitalis eiusdem, et rata habuerunt et ipsis omnibus consenserunt.

Ego Iacobus de Ulziano imperatoris Ottonis notarius, his omnibus interfui et, ut supra legitur, rogatus scripsi et interliniavi « dare promiserunt ».

CLXV (813).

Busta n. 19/955 n. 42. Pergamena di mm. 175 × 190. Originale.

Sentenza del maestro Oddone in una lite tra l'abate di S. Bartolomeo di Musiano e Dondeo.

Bologna 1217, 1 settembre.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen. Ego magister Odo bononiensis canonicus ex delegatione domini Henrici bononiensis episcopi cognitor cause conversionis que vertebatur inter Bombellum sindicum monasterii de Muxiliano nomine ipsius monasterii

ex una parte et Dondeum ex alia, que causa talis erat: Ego Bombellus sindicus monasterii de Muxiliano conqueror Deo et vobis magistro Odoni de Domdeo quem dico conversum esse dicti monasterii unde rationem peto. Lite contesta super prefato libello et iuramento prestito de veritate dicenda ab utroque, visis insuper confessionibus utrinque factis et testibus a dicto sindico productis et publicatis et diligenter examinatis, dicto Domdeo nullum testem producente ad defensionem sui et utraque parte renunciante productioni testium et instrumentorum et instanter postulante sententiam dari, quia per testes dicti sindici et per confessionem prenominati Dondei constat ipsum Domdeum se conversasse et in monasterio et eius obedientiis per triennium stetisse sine contradictione uxoris sue, habita diligenti deliberatione et sapientum conscilio prenominatum Domdeum ipsi sindico et monasterio condempno et diffiniendo pronunctio ipsum Domdeum esse conversum dicti monasterii.

Prolata fuit hec sententia vere in ecclesia sancti Petri, utraque parte presente ad sententiam audiendam.

Anno Domini nostri Ihesu Christi millesimo ducentesimo decimo septimo, die primo intrante mense setembris, indictione quinta.

Et interfuerunt huic prolationi sententie: Magister Lan ** sancti Petri canonicus, dominus Guilielmus sancti Luce de Castello clericus, presbiter Paulus de Tuscia ** Iohaninus Azonis notarius, Anselmus de Mediolano, Martinus de Luca, et Petrus de Sena, testes ad hoc spetialiter rogati.

Et ego Bertramus veronensis sacri palatii notarius his omnibus interfui et mandato dicti magistri Odonis scripsi.

CLXVI (814).

Busta n. 36/972, n. 40. Pergamena di mm. 190 × 175. Originale in pessimo stato di conservazione.

Sentenza del giudice Alberto Guascone in una lite tra Bombello sindico del monastero di S. Bartolomeo di Musiano e gli eredi di Valentino per il possesso di un terreno.

Bologna, 1217, 9 decembre. (1)

**** Albertus Guasconus iudex comunis Bononie **** Bonbello sindico monasterii sancti Bart[olomei de Musili]ano in hunc modum ***** ego Bonbellus sindicus monasterii sancti Bartholomei **** modum tenendi

(1) La data si argomenta dall'esecuzione della sentenza posta in calce al documento.

**** de Valentino, et de filiis quondam Valentini a quibus peto peciam unam terre aratoriam positam in pertinentia Casale iuxta Albergitum de Riosto ab uno latere, et iuxta *** ab alio latere, tercio latere via publica, cum fructibus inde perceptis a duobus annis. Et supradictis advocatis per Petrum Morandi nuncium comunis Bononie, et retulit predictus Petrus Morandi nuncius comunis Bononie clamasse per case ** si aliquis vellet venire ad defendendum bona que fuerunt Valentini, et filios predicti Valentini venirent, et nemine veniente et dicto Bonbello *** quod omnia supradicta veni esse declaravit: pronuntio dictum Bonbellum sindicum nomine dicti monasterii fore mittendum in possessionem dicte terre, omni legum ** auxilio absenti reservato.

Hec sententia lata fuit in palatio comunis Bononia presente Albergito notario et domino Alberto Guidonis Grassi et domino Bonazunta.

M*** die VIIII intrante decembre indictione IIII.

CLXVII (815).

Busta n. 36/972, n. 42. Pergamena di mm. 135 × 100. Originale con due buchi nel mezzo.

Sentenza del giudice Gerardo di Unzola in favore di Albertino sindico del monastero di S. Maria in Strada per il possesso di una terra.

Bologna, 1218, 20 Marzo.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Ego Ierardus de Unzola, iudex comunis Bononie ex delegatione domini Al[berti] potestatis Bononie cognitor querimonie facte Albertino sindico sancte Marie de Andriolo in hunc modum: Conqueror ego Albertinus sindicus monasterii sancte Marie de Strata nomine ipsius monasterii **** [An]driolo ** unam petiam terre positam in curia Argele in loco ** tum sancti Leo[nar]di de super *** bet ecclesia sancte Ma[rie] de Reno **** iure dominii vel quasi, unde rationem peto *** per Iacominum nuncium comunis et per Vingelmu *** comunis Bononie et inventus fuit, et nemine ad defensionem eius veniente, prestito sacramento calumpnie a dicto Albertino sindico quo credit omnia vera esse et credit iuste petere posse, pronuncio dictum Albertinum sindicum fore mittendum dicte terre secundum quod petitur in libello.

Dicta fuit sentencia in palatio comunis Bononie presente Martino de Unzola, et Petro notario, et Ioanne de la Stella notario comunis Bononie.

MCCXVIII die XII exeunte marcio, indictione VI.

Ego Bartolomeus notarius nomine comunis Bononie scripsi.

CLXVIII (816).

Busta n. 20 956, n. 3. Pergamena di mm. 160 × 130. Originale.

Sentenza dell'abate di S. Procolo, del maestro Giovanni e del maestro Vernazio in una causa di appello tra l'abate di S. Stefano e Giacobello e Ospinello.

Bologna 1218, 10 settembre.

Nos donnus abbas sancti Proculi, et magister Iohannes decretorum et magister Vernatius iudices delegati a domino papa in causa appellationis que vertitur inter monasterium sancti Stephani ex una parte et Iacobellum et Hospinellum ex alia filios quondam domini Madii, sicut pronuntiavimus sic adhuc pronuntiamus scilicet: quod liceat partibus testes producere super novis dumtaxat capitulis, [c]apitula autem proposita a filiis domini Madii pronuntiamus non esse nova quoniam sub veteribus continentur, et statuimus terminum peremptorium ad testes producendos super novis capitulis, sicut dictum est supra, XV dies post festum sancti Michaelis proxime venientis. Ita tamen quod capitula super quibus debent partes testes producere prius nobis hostendantur et dentur.

Actum Bononie.

Hec sententia lecta et recitata fuit in camera magistri Iohannis predicti, presente Veltro de Guarinis, domino Ortolano et Bonatesta de Galegada.

Anno Domini millesimo ducentesimo decimo octavo, die decima intrante septembri, indictione VI. Presentibus sindico sancti Stephani, et Hospinello, et Samaritano procuratore domini Iacobelli ad sententiam audiendam.

Ego Albertus Dei gratia sacri palatii notarius interfui et mandato predictorum iudicum scripsi.

È pubblicato nel Sarti e Fattorini *op. cit.*, Vol. II, pag. 167.

CLXIX (817).

Busta n. 36/972, n. 43. Pergamena di mm. 403 × 150. Originale in tristissime condizioni bucato nel mezzo e con il margine sinistro mutilo.

Consiglio dei dottori canonici Cono e Beltramo circa eccezioni e opposizioni levate contro una sentenza del giudice Bondi.

Bologna, 1218 (1)

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Consilium magistri Coni et magistri Beltrami doctorum decretorum tale est: Quia dicunt quia

(1) L'età del documento si può argomentare con probabilità da una data posta in calce alla pergamena ove è il documento qui trascritto e scritta dallo stesso notaio.

non fuit facta mentio ** lite a magistro Bondi iudice dellegato *** per manus Alberici notarii inter sindicum *** et Iohannem de *** in rescripto inpetrato a *** de sancto Alberto *** prior sancti Alberti super his super quibus lata fuit ** sententia non habeat iurisdictionem occasione illius rescripti. Super excomunicationem autem et in *** super aliis que non fuerunt deducta in presentia iudicum vel tangunt iudicium dicunt *** habere iurisdictionem. Alias vero exceptiones obpositas contra rescriptum vel contra personam dicti prioris dicunt esse inutiles et ****

****** Ego prior sancti Alberti iudex **** se habere inscriptionem secundum **** conscilio predictorum.

**** in ecclesia sancte Cri ****

Albericus Petri Alberici imperatoris Federici notarius his omnibus [interfui] et mandato dicti prioris scripsi.

CLXX (818).

Busta n. 20/956, n. 6. Pergamena di mm. 325 × 200 (nei lati maggiori). Originale offeso dall' acqua.

Sentenza del giudice Lamberto Arretino in una lite tra Guido di Pietro e Alegratuti.

Bologna, 1219, 1 febbraio.

† In nomine Patris, Filii et Spiritus sancti. Amen. Ego quidem Lambertus Arretinus iudex [comunis] Bononie ex delegatione domini Henrici Comitis potestatis Bononie, cognitor causarum que vertebantur inter Alegratuti ex una parte et Guidonem ex altera, in hunc modum. Vobis domino Alberghetto bononiensi potestati conqueror ego Guido Petri Vitalis de Alegratuti a quo petto medietatem omnium bonorum que fuerunt quondam matris uxoris mee et sue et instrumenta que fuerunt dicte matris sue et de eius bonis petto ** tribui et dari. Ideo quod dico filiam ex ea post mortem matris sue remansisse penes [me et] dictam suam matrem sine testamento decessisse, et usumfructum dictorum bonorum et qua[rtam] *** valuit a tempore retro quod prestare debebat mihi prestet quod facio XX librarum, et omnia supradicta peto nomine filie mee Vincentie cum heres sum et meo nomine; et petto omnia instrumenta emptionum quas Petrus fecit sibi et uxori sue fieri per contractum in integrum inter eos et eius testamento seu Rusticelli, undem de omnibus supradictis rationem petto. Et contra vobis domino Alberghetto potestati Bononie conqueror ego Alegratuti de Guidone Petri Vitalis a quo peto III libras bononenorum quas expendi in eius uxore que in domo mea iacuit infirma; item petto VI libras bononenorum quas eius uxor in donatione causa mortis,

quam fecit mihi comitti commissario nomine ut pro eius anima expendere deberem. Item petto ab eodem ut mihi solvere debeat carraturie de XVIII castellatis vinorum quas cum meis bubus a vinea sua usque ad eius domum portari feci, et sunt XXVII libre bonenorum. Item petto id quod mihi relictum fuit a mea sorore Iulitina iure substitutionis nomine donationis causa mortis et sunt XL libre bononenorum et XI solidi undem rationem peto. Litte vero inter predictos contestata *** super predictis causis coram domino Lambertino Azonis . . . . iudice olim comunis Bononie et [coram me] suprascripto iudice ventilata, et visis et auditis confessionibus et allegationibus et testibus ab una parte productis, et visis etiam instrumentis super hac causa productis habita deliberatione diligenti quam plurium sapientum consilio prefatum Guidonem Petri Vitalis in prestatione LII solidorum bononenorum ipsi Alegratuti ut expendat pro anima dicte Iulite sicut commissarius ut in donatione causa mortis facta a dicta Iulita continetur condempno; a residuo vero IIII librarum bononenorum et XII solidorum bononenorum quas pro anima ipsius Iulite dictus Alegratuti expendere debebat, ut in dicta donatione scripta manu Guillelmi de Sangrò notario continetur, habita compensatione XL solidorum bononenorum quas in funere dicte Iulite dictus Guido expendit, ut confessus fuit idem Alegratuti, absolvo; item ab aliis petitionibus omnibus hinc inde factis eos invicem absolvo; utraque parte presente ad sententiam audiendam.

Lata fuit hec sententia in palatio comunis Bononie et ab eodem iudice lecta. Presentibus Laurecio notario, Petro notario, domino Aldrebandino de Bombello, Zanello de Lanfranco et Aimerico Petri Vitalis ad hoc spetialiter vocatis et rogatis testibus.

M. CC. XVIIII, die primo intrante februario, indictione VII.

Ego Iohannes de Aragonia imperiali auctoritate notarius interfui et, ut supra legitur, iussu iudicis prefati hanc sententiam scripsi.

Eadem die qua sententia fuit data et eodem momento viva voce Alegratuti appellavit *** sententia contra eum data.

CLXXI (819).

Busta n. 20/956, n. 19. Pergamena di mm. 395 × 205. Originale offeso fortemente nel margine sinistro.

Lodo del maestro Bondi in una lite tra Prodomo della pieve di S. Ausiano e il monastero di S. Bartolomeo di Musiano.

Bologna, 1221, 15 maggio.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen. Ego magister Bomdi ex delegatione domini Henrici bononiensis episcopi cognoscens

de causa que vertitur inter Prodomum sindicum plebis sancti Auxiani nomine ipsius plebis ex parte una et Petrum sindicum monasterii de Musiliano et ecclesie sancti Iacobi hospitalis de Planoro, nomine ipsius monasterii et ecclesie ex altera, que talis erat: Coram vobis magistro Bomdi delegato iudice domini episcopi Bononie peto ego Prodomo sindicus plebis sancti Auxiani nomine ipsius plebis ut cogatis donnum Rambertum, rectorem ecclesie sancti Iacobi hospitalis de Planoro, nomine ipsius hospitalis et ecclesie, solvere dicte plebi et archipresbitero eius annuas procurationes et albergarias et collectas secundum loci facultatem, et alia facere que in instrumento facto per manum Iohannis Cremonensis notarii, quod olim super hoc dictum fuit, et illi instrumento et arbitrio stari, sicut scriptum est, et nuper stare promisit; et de subtractis et denegatis albergariis a viginti annis peto restitutionem et satisfactionem quam facio decem librarum bononenorum; et in his [omnib]us peto nomine plebis dicte ipsum mihi condempnari, nomine ipsius hospitalis, de predicta lite et controversia. Donnus Raimundus abbas monasterii de Musiliano et donnus Rambertus rector dicte ecclesie sancti Iacobi et hospitalis de Planoro et Petrus sindicus eorumdem, nomine dicti monasterii et ecclesie et hospitalis ex parte una, et donnus Bene archipresbiter et Prodomo sindicus plebis sancti Auxiani nomine ipsius plebis ex altera, in me magistrum Bonumdiem compromiserunt ut continetur in instrumento facto per manum Andree notarii; et ideo ego magister Bomdi de consensu et voluntate partium ita dico et laudo: quod archipresbiter plebis sancti Auxiani cum visitasset capellas suas pro albergariis recipiendis semel in anno *** [tri]bus equitaturis ad plus et tribus personis, ipso archipresbitero in hiis tribus personis computato, ad ecclesiam sancti Iacobi de Planoro accedat pro albergaria recipienda, et rector ipsius loci ipsum archipresbiterum et societatem decenter et honeste recipiat et procuret. Super collecta vero ita dico et laudo, quod exceptis tribus capellis dicte plebis: silicet: capella de Sereruco, et capella sancti Iohannis castri de Planoro et capella de Riosto, rector dicte ecclesie sancti Iacobi et hospitalis de Planoro pro ipsa capella solvat tantum quantum una de aliis dittioribus capellis ipsius plebis que plus solverit, et hoc tam de collecta bononiensis episcopi quam de collecta que fieret pro solvendis procurationibus cardinalium et nuntiorum romane ecclesie. Etiam ad suspitionem tollendam dico et precipio: quod rector dicte ecclesie sancti Iacobi et hospitalis qui pro tempore fuerit sit cum impositoribus ipsius collecte et cum eis simul illam imponat et dividat; et si rector ipse requisitus ab archipresbitero dicte plebis vel eius nuntio noluerit interesse impositioni et divisioni ipsius collecte nichilominus ipsa collecta imponatur et dividatur. [De] petitione X libra-

rum quam dictus Prodomo sindicus dicte plebis faciebat de subtractis albergariis dictum donnum Rambertum et Petrum sindicum dicte ecclesie sancti Iacobi nomine ipsius ecclesie sancti Iacobi pro bono pacis absolvo. In terris autem que continentur in instrumento laudi sive arbitrii domini archipresbiteri de Sambro et magistri Lamberti scripto per manum Iohannis cremonensis notarii precipio utrique parti quod illud arbitrium et laudum observent. Quod laudum utraque pars approbavit et emologavit.

Factum Bononie, in palatio domini episcopi.

Anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo primo, die quinto decimo intrante maio, indictione nona.

Interfuerunt presbiter Rolandus capellanus domini episcopi, donnus Bonus sancti Archangeli, Magalottus Firmanus mercator, Anselminus nepos Gerardini pistoris, Iacobinus ** de Curalupo et alii et huius rei fuerunt rogati testes.

Ego Andreas de sancto Severino, imperiali auctoritate notarius prolationi dicti laudi et predictis interfui et, ut supra legitur, mandato dicti magistri Bomdi scripsi.

CLXXII (820).

Busta n. 20/956, n. 23. Pergamena di mm. 245 × 175. Originale.

Vendita di Gualdradina a Lanfranco rettore e pastore della chiesa di S. Pietro di Vitaliacola di tre parti di una pezza di terra.

Bologna, 1221, 2 agosto.

Gualdradina moglie del fu Zanni di Vitaliacola (Viadagola) dà e vende a don Lanfranco rettore e pastore della chiesa di san Pietro di Vitaliacola, che riceve a nome della chiesa, tre parti di un appezzamento di terra posto nel luogo Puzola nella predetta villa di Viadagola.

In Christi nomine. Amen. Anno eiusdem millesimo ducentesimo vicessimo primo, die secundo intrante mense augusti, indictione nona. Ante domum domini Grimaldi Rubei iudicis de strata sancti Stephani. Gualdradina uxor quondam Zanni de . . . .

. . . .

Presentibus dicto domino Grimaldo Rubeo iudice, Petro notario de sancto Rofillo, Aldevrando albergatore, Guido Bono de Burgo Novo, et Bardellone Barbiani.

Ego Canbius sacri palatii notarius, ut supra legitur, rogatus interfui et scripsi.

CLXXIII (821).

Busta n. 37/973, n. 49. Codice protocollo in pergamena di cc. 3 della misura di mm. 220 × 170, contenente una serie di regesti di documenti del sec. XIII. Il codice è in tristissime condizioni bucato nel mezzo. Il documento qui trascritto è alla c. 3 verso. Copia.

Costituzione della dote di Gisla Bona futura moglie di Gandolfino.

Bologna, 1221, 8 novembre.

Gandolfino confessa di ricevere a titolo di dote da Gisla Bona sorella del quondam Cantinello e sua futura moglie diversi appezzamenti di terra e cento lire di bolognini.

Hoc est exemplum cuiusdam instrumenti sic incip[ientis. Anno Domini] millesimo ducentesimo vigesimo primo, die octavo intrante mense novembris, indictione *** [Testi]bus domino Aymerico de Riccadonna, domino Girardo de Unzola iudice, et Rolandino filio *** Iohanne Aygoni, et Allegretto eius filio, et Pasquale filio Ansaldini. Quibus adstantibus dominus Gandolfinus . . . .

. . . .

Actum in domo quondam Cantinelli que est prope ecclesiam sancte Marie porte Ravennatis.

CLXXIV (822).

Busta n. 36/972, n. 49. Pergamena di mm. 180 × 130. Originale con i caratteri scomparsi nella parte superiore.

Sentenza di . . . . giudice in una causa tra Artinisio e Luchesia per restituzione di beni e danaro.

Bologna, 1221, 23 novembre.

In nomine Patris, Filii et Spiritus Sancti. Amen. Ego *** iudex domini [Guidofredi] de Pirovali potestatis Bononie, cognitor cause que vertebatur [inter Artinisium] ex una parte et dominam Luchesiam ex alia. Tenor cuius cause talis est: petit Artinisius a Luchesia medietatem omnium bonorum sive rerum mobilium que fuerunt quondam Martini de Garri et eius nepotis Bonbononii cum Bonbononio ipse successit ab intestato. Item petit a dicta Luchexia medietatem LX libellarum bononenorum quas ipse Artinisius dedit dicto Martino

pro dote filie sue Marie quam copulavit in matrimonium quondam filio suo Bonbologno; et hoc petit ideo quia successit dicte sue filie. Lite inter eos contestata, et prestitis calumpnie sacramentis, visis et auditis allegationibus et confessionibus [utri]us[que] partis, et testibus ab utraque parte productis et diligenter inspectis et habita deliberatione et quorumdam virorum sapientum consilio, predictam Luchesiam a peticione medietatis omnium bonorum sive rerum mobilium que fuerunt dicti quondam Martini Garri, et eius nepotis Bonbologni, quam faciebat dictus Artinisius absolvo. In prestatione vero sive restitutione medietatis predictarum LX libellarum bononenorum pro dote dicte quondam dicte Marie ipsam Luchesiam prefato Artinisio, condempno, ipsa Luchesia prius deducente X solidos bononenorum pro medietate XX solidorum bononenorum quos Artinisius confessus fuit expensum fuisse de bonis quondam dicti Martini Garri sive eius nepotis Bonbologni pro sepultura quondam Marie filie dicti Artinisii. Utraque parte presente ad sententiam audiendam.

Hec sententia lata fuit in pallatio comunis Bononie, presentibus domino Grimaldo iudice, domino Nicholao Nascinpacis, domino Petro Zacharie, domino Principino, domino Azzolino Girardozi, domino Guidotino de Dalfinello, domino Coradino Iacobi Pizzoli, domino Ugolino de Gisso.

[Anno Domini] millesimo ducentesimo vigesimo primo, die octava exeunte novembre, indictione nona.

Ego Bonus Iohannes Petri notarius interfui his omnibus et rogatus scripsi.

CLXXV (823).

Busta n. 36/972, n. 50. Pergamena di mm. 370 × 230 (nelle misure più ampie). Originale frammentario e mutilo.

Donazione universale di Luchesia all' abate di S. Stefano Azzone.

Bologna, 1222, 6 gennaio.

Luchesia moglie del fu Martino Garro salarolo dà ad Azzone abate di santo Stefano che riceve a nome della chiesa di santo Stefano tutti i suoi beni al fine di ottenere la remissione de' peccati suoi, di suo marito e de' suoi figli e perchè si cantino messe e si celebrino uffici sacri.

[Anno Domini] millessimo ducentesimo vicessimo secundo, die sexto intrante ianuario, indictione decima *** monasterii beati Stephani quod vocatur Ierusalem. Domina Luchexia uxor quondam Martini Garri salaroli que moratur prope crucem strate Castellionis . . . .

. . . .

Prenominata mulier, ut supra legitur, scribere rogavit, presentibus domino Grimaldo Rubeo iudice, magistro Petro Ispano, et domino Bonatesta de Galegada.

Ego Canbius sacri palatii notarius, ut supra legitur, rogatus presens interfui et scripsi.

CLXXVI (824).

Busta 20/956, n. 22. Pergamena di mm. 225 × 200. Originale un po' offeso nel margine destro.

Rinnovazione di costituzione enfiteutica di Azone abate di S. Stefano a Guglielmo cappellano di S. Bartolomeo sopra due pezze di terra.

Bologna, 1222, 8 gennaio.

In nomine sancte atque individue Trinitatis. Anno Domini nostri Ihesu Christi millessimo ducentesimo vicessimo secundo, die octavo intrante ianuario, indictione decima, in claustro monasterii beati Stephani qui vocatur Ierusalem de civitate Bononie. Donnus Azo Dei gratia abbas predicti monasterii renovacionis causa dedit et concessit iure emphiteosis perpetua donno Guilielmo capellano sancti Bartholomei de Porta Ravennata recipienti nomine sancti Benigni de Fructeria et predicte ecclesie sancti Bartholomei duas pectias terre prative positas in pertinenciis Loveleti in loco ubi dicitur Gazo uno se tenentes que dicuntur esse septem tornaturie inter ambas pectias, iuxta viam publicam et iuxta terram predicte ecclesie sancti Bartholomei a duobus lateribus, et iuxta heredes domini Rambertini Guidonis Buvalelli; vel si qui alii confines sunt, pro pensione singulis annis in mense marcii tres denarios bononenorum et in capite sexaginta annorum ad renovandum. Et promisit prenominatus donnus abbas iam dicto donno Guilielmo recipienti nomine sancti Benigni de Fructeria et iam dicte ecclesie sancti Bartholomei predictam rem ab omni homine et contra omnem hominem legitime defendere et auctorizare sub pena dupli predicte rei et refectione omnis dampni et dispendii; et pena soluta omnia et singula firma consistant.

Prenominatus donnus Guilielmus hanc apperam, ut supra legitur, scribere rogavit, presentibus domino Petro Carabone iudice, presbitero Iohanne Placentino, presbitero Iohanne ecclesie de Ruxi, et Iacobo Pacientie de eodem loco et aliis pluribus.

Ego Canbius sacri palatii notarius, ut supra legitur, rogatus interfui et scripsi.

† Ego Azo abbas scripsi, ego Blasius prior manu mea scripsi, ego nonus Paulus scripsi.

CLXXVII (825).

Busta n. 36/972, n. 51. Pergamena di mm. 90 × 220. Originale con la scrittura in alcuni luoghi scomparsa.

Intimazione del vescovo di Padova Giordano e dei dottori Guglielmo e Guglielmo di Vasco decretalisti ai monaci Crociferi di Bologna a comparire nel loro cospetto per rispondere intorno ad una controversia deferita al loro giudizio.

Bologna 1222, luglio.

Anno Domini millessimo ducentesimo vicessimo secundo, die *** exeunte iulio, indictione decima, apud ospitale Cruciferorum; presentibus presbitero Durante, et presbitero Iohanne Placentino, et domino Bonatesta; Albertinus Placentinus ex parte donni Iordani paduani episcopi et donni magistri Guillelmi doctoris decretorum et magistri Guillielmi Vaschi decretaliste obtulit et dedit Bono Adiuto sindico ospitalis Cruciferorum, et capitulo, et fratribus ordinis Cruciferorum quasdam litteras cum tribus sigillis sigillatas quarum tenor hic erat: Iordanus Dei gratia paduanus episcopus et Guillielmus doctor decretorum delegati domini pape, et Guillielmus Vasco doctor decretalium subdelegatus donni parmensis episcopi viris providis et discretis priori et fratribus ordinis Cruciferorum de Bononia salutem et fraternam in Domino caritatem. Plurimum nec im ** admiramur quod ad terminum vobis statutum, super causam seu questionem que coram nobis ex delegatione domini pape inter vos ex una parte et abbatem sancti Stephani de Bononia ex altera noscitur agitari, non venistis nec aliquem responsalem mittere procurastis. Volentes igitur, pro ut tenemus et dicimus, mandatum apostolicum in hac parte in omnibus adimplere, ea qua fungimur auctoritate, vobis districte et peremptorie precipiendo mandamus, quatinus decimo die post harum representationem, die representationis in numero computato, apud episcopatum Bononie coram nobis Guillielmo doctore decretorum et [Guillielmo] doctore decretalium et coram domino magistro Alexandro teologie subdelegato mei episcopi paduani prefato abbati super eadem questione conveniatis plenarie responsuri. Et has litteras prefatus nuntius dedit predictis sindico et fratribus ordinis Cruciferorum et ipsi receperunt dicendo quod benefacerent quod in litteris continebatur.

Ego Canbius sacri palacii notarius, ut supra legitur, rogatus interfui et scripsi.

Pubblicata dal Sarti etc. *op. cit.*, vol. II pag. 169.

CLXXVIII (826).

Busta n. 20/956, n. 26. Pergamena di mm. 125 × 235. Originale.

Sentenza del giudice Alberto Crasso in una lite tra il monastero di S. Bartolomeo di Musiano e Ugolino di Fantollocio.

Bologna, 1222, 29 novembre.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Ego Albertus quondam Guidonis Grassi iudex comunis Bononie ad causas veteres cognoscendas et difiniendas cognitor causarum que vertebantur inter sindicum monasterii sancti Bertollomei de Musillano ex una parte et Ugollinum Fantollotii ex alia que talis est: Petit Marchisinus sindicus monasterii sive collegii et universitatis sancti Bertollomei de Musillano, nomine et vice eiusdem, ab Ugollino Fantollotii unam petiam terre vineate site Gargenzani in loco ubi dicitur Ortali, ab uno latere possidet idem Ugollinus Fantollotii, ab alio latere possidet Erro, ab alio idem Ugollinus possidet, ab alio Erro, quam dicit ad dictum monasterium collegium vel universitatem pertinere iure dominii vel quasi; et petit fructus inde perceptos. Lite vero contestata et iuramento de callunia ab utraque parte coram domino Alberto Guassconis olim iudice comunis Bononie in primis sex mensibus domini [Guidofredi] de Pirovalli Bononie potestatis, et post modum michi delata, visis et auditis confessionibus, allegationibus et testibus ab utraque parte productis, habito quorumdam sapientum consillio, dictum Ugollinum Fantollotii in restitutionem vinee sibi petite ipsi sindico condenno; ab omnibus aliis petitionibus eos invicem absolvo, utraque parte ad sententiam audiendam.

Lata fuit hec sententia in pallatio comunis Bononie, presentibus Alberto notario, et Guido Penacii, et domino Tomasio de Pizolpilo, et domino Iacobino de Tebaldis, sub anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo secundo, die penultimo mensis novembris, indictione decima.

Ego Bonazunta filius Ugel[li] de Pollicino imperiali aule notarius scripsi.

CLXXIX (827).

Busta n. 36/972, n. 77. Pergamena di mm. 380 × 220. Originale gravemente mutilo nel margine destro e frammentario.

Sentenza di Ubertino giudice sopra una serie di contese tra Bonatesta sindico dell'università di S. Stefano da una parte e Ugo prete di Bagnacavallo e Preite fabbro dall'altra.

Bologna, 1223, 1 marzo.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Ego Ubertinus iudex domini Henrici bononiensis episcopi ex delegatione eiusdem

cognitor causarum que vertebantur inter Bonatestam sindicum universitatis seu collegii sancti Stephani, nomine dicti collegii ex una parte, et presbiterum Ugonem de Bagnacavallo et Preite fabrum ex altera, quarum causarum seriem talem fore perpendi: Petit Bonatesta sindicus sancti Stephani nomine ipsius monasterii a presbitero Ugone de Bangnacavallo septem tornaturias terre aratorie et a Preite fabro de strata Maiori quinque tornaturias terre vineate et aratorie positas in Ronco Mauroni iuxta viam [que] dicitur Stradella que pergit ad Puzicalvulo: a meridie, a sero Zeula sive Zenella, et iuxta terram sancti Rofilli **** Ugolini Duxe et Iacobi de Schiphato et iuxta heredem Auliverii fabri, de subtus *** monasterium iure dominii vel quasi, quod debitus canonicus non fuit solutus et datus ipsi monasterio *** dunt ambe petie predicte supradictis confinibus. Lite inter eos contestata ** [iuram]entis calumpnie *** hinc inde confessis reperi ipsos scilicet presbiterum Ugonem pro duabus partibus et Preite fabrum pro tertia *** a Martino de Manzolino; octo quarum emerunt iure proprio et reliquas iure emphyteoseos ipso **** terram petere quam predicti emerunt a Martino de Manzolino. Et etiam reperi quatuor tornaturias, emp *** mane totius terre litis: iuxta viam quandam que est ibi a latere mane, ab alio latere scilicet a meridie *** quod itur ad Puzicalvoli, de subtus est terra sancti Rufilli, a mane terra quam predicti presbiter Ugo et Preite *** Rubeo, et per illas quatuor tornaturias annuatim solutam esse pensionem ecclesie sancti Stephani ut confessionibus partium *** terram totam ab eis sic emptam perpendi eos pro diviso non possidere, partibus coram me confitentibus presbiterum *** tenere sex tornaturias minus quatuor tabulis et tribus partibus alterius tabule, de illa terra que fuit eis vendita iure proprio et computata ** ipsis sex tornaturiis viazola que est iuxta Zenellam sicut protenditur ipsa viazola in fronte ipsius terre presbiteri cuius *** ab ipso presbitero possesse hos reperi confines: ab uno latere scilicet a meridie tenet Preite faber, de subtus Angelellus filius [Auli]verii, a mane est terra quam emerunt [ab] Alberto Rubeo, a sero Genella et etiam confitentibus partibus Preite faber *** tornaturias vinee et quinque tabulas minus et [quar]ta parte unius tabule de illa terra que eis fuit *** et sicut confinatur dicta peciola confessione partium: a sero est Zeola, a mane est terra quam emerunt *** Albertini Rubei, de subtus presbiter Ugo de Bagnacavallo. Visis confessionibus coram me factis et *** et eorum allegationibus intellectis et habita super his deliberatione [quorum]dam sapientum **** os scilicet presbiterum Ugonem et Preite fabrum scilicet quemquam eorum *** competitione supradict *** superdesignatarum quas constitit mihi ut emphyteoticas eos a Martino accep *** absolvo: ipsum vero presbiterum *** superius confinate et ab eo pos-

sesse que *** a Martino de Manzolino que dicitur esse VI tornaturiarum *** et tribus partibus alterius tabule et in tribus c *** frumenti post litem contestatam percepti de ipsa terra ipsi *** dicte universitatis et ipsi universitati condempno non obstante ipsi presbitero si minus in mensura reperiretur quam *** dum tamen totam terram sicut superius con[fina]ta est restituat. Preite vero fabrum in restitutione duarum **** quinque tabularum vel vinee ab eo possessarum minus quarta parte unius tabule, sicut superius confinate sunt, que ** empte a Martino de Manzolino, et in restitucione trium corbium vini post litem contestatam percepti de *** nomine dicte universitatis et ipsi universitati condempno non obstante ipsi Preiti *** sic dictum, dum tamen totam vineam, sicut superius confinata est, restitu *** [Ugo]linum et Preite fabrum absolvo.

[Anno millesimo ducente]simo vicesimo tertio, die prima mensis martii, indictione und[ecima] **** Bonatesta sindico et presbitero Ugone et Preite fabro.

*** prolationi sententie Beltraminus notarius, Martinus de Riosto, Artinisius albergator *** et Cazaguerra.

Ego Bonaguida Argelensis notarius interfui et rogatus scripsi.

CLXXX (828).

Busta n. 20/956, n. 30. Pergamena di mm. 165 × 115. Originale.

Composizione tra Martino di Manzolino e Azzone abate di S. Stefano in seguito a sentenza del giudice Ubertino.

Bologna, 1223, 15 marzo.

Anno Domini millessimo ducentesimo vicessimo tertio, die quintodecimo intrante martio, presentibus Tullio de Rudiliano, Grimaldino domini Grimaldi iudicis, presbitero Guidone de Manzolino et Bonatesta et Deodato. Martinus de Manzolino beccarius remisit et refutavit in manibus donni Azonis abbatis sancti Stephani appellationem quam fecerat a sententia lata pro ipso monasterio contra presbiterum Ugonem de Bagnacavallo et Preite fabrum civem bononiensem de octo tornaturis terre positis in Rocho Mauruni, secundum quod continetur in predicta sententia lata per dominum Ubertinum iudicem domini Bononie episcopi scripta per manum Bonaguide notarii, quas res

predictus Martinus predictis presbitero Ugoni et Preite fabro et commisit se in Deum et dictum domnum abbatem de predicta re, ut faciat inde quicquid vult.

Actum in parlatorio dicti monasterii.

Ego Canbius sacri palatii notarius, ut supra legitur, scripsi.

CLXXXI (829).

Busta n. 20/956, n. 32. Pergamena di mm. 433 × 318. Originale gravemente offeso dall'acqua nel margine sinistro.

Lodo di Alessandro maestro di teologia in una lite tra il monastero di S. Stefano e i monaci Crociferi.

Bologna, 1223, 31 marzo.

Anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo tercio, die ultimo exeunte marcio, indictione undecima. In domo Guidolini Marchesii iuxta sanctum Nicholaum in porta sancti Proculi in qua [com]moratur infrascriptus magister Alixander, presentibus magistro Tancredo canonico bononiensi et magistro Petro Ispano magistro decretorum et magistro Iohanne Ispano de Petesella et magistro Elia Angli *** Tebaldo Albianensi: dominus Marsilius syndicus monasterii sancti Stephani nomine suo et ipsius monasterii ex parte una et Bonaiutus syndicus hospitalis crucifferorum nomine suo et ipsius hospitalis [ex alia] ** talis *** magistrum Alixandrum doctorem theologie subdelegatum a domino paduano episcopo, et subdelegatum a magistro Guilielmo Normano decretorum doctore delegatis *** seu contraversiis et litibus que vertebantur intra monasterium dictum ex una parte et ipsum hospitale ex alia que tales erant: Petit Marsilius monacus syndicus sancti Stephani *** a priore et fratribus ordinis crucifferorum Bononie nomine ipsius capituli et hospitalis crucifferorum quinque tornaturias terre aratorie positas inter stratam Maiorem et stratam sancti Vitalis iuxta [terram] predicti monasterii a mane, et iuxta terram predicti hospitalis a sero. Item eodem modo petit ab eisdem quatuor tornaturias et undecim tabulas terre vineate positas a latere superiori strate [** iuxta] ipsam stratam et iuxta fossam Cavalinam a sero, a mane androna, desuper predictum hospitale. Item petit ab eisdem peciam unam terre aratorie positam prope ecclesiam [S. Lazari ?] iuxta stratam ** iuxta terram sancti Andree et

iuxta ipsum hospitale, et habet pro capite perticas undecim et pedes septem et ab aliis duobus lateribus perticas quadraginta quas [predictas] possessiones dicit pertinere ad dictum [monasterium] iure dominii vel quasi. Et quia debitus canon non fuit datus nec solutus ipsi monasterio sicut debuit, et quia res fuerunt alienate sine requisitione *** a Iustolo in Iacopum Zagnone et quatuor tornaturias a Iohanne Calderario in Tuscum de Rainaldo, et petiam que est prope sanctum Lazarum *** in dictum hospitale. Petit etiam eosdem crucifferos debere compelli nomine dicti hospitalis prebere decimas fructuum poderis quondam Zaniboni de *** in posterum debere dari et prestari nomine ipsius monasterii ab eis et eorum successoribus, quia sibi nomine predicti monasterii contra iusticiam detinent et reddere contradicunt *** [Aurelia] eorum conversa prebere decimas iam dictas, et detentas decimas petit a tempore late sententie contra dictam Aureliam quas facit singulis annis in una *** decem corbas inter furmentum et aliam blavam silicet sex furmenti et quatuor alterius blave et octo corbas vini. Item petit unam tornaturiam terre infra clusuras *** extra clusuras ad tornaturias illius terre ubicumque abbas tollere voluerit quanta ipsa Aurelia convenit et promisit donare et assignare pro redemptione suorum peccatorum. Compromissione promittentes promiserunt syndici supradicti inter se vicissim sub pena centum librarum imperialium pro stipulatione hic inde promissa nomine suo et dicti monasterii et hospitalis attendere et observare [quidquid] dictus magister inter eos laudaverit dixerit vel arbitratus fuerit de causis litibus et controversiis supradictis, diffinierit perceperit semel vel pluries in scriptis vel sine scriptis, die feriato et non feriato, [sedendo] vel stando, utraque parte presente vel eciam altera absente dum tamen citata fuerit. Hec predicta faciet si potuerit de voluntate partium usque ad kalendas iunii vel ultra si partibus [placuerit diferire] vel diem prorogare. Si vero supradicta de voluntate partium facere non poterit, vel perficere debeat lites et causas et controversias supradictas diffinire iustitia mediante, et hoc faciat tam secundum ea que coram eo gesta sunt in causis litibus et controversiis supradictis quam secundum alia . Si qua de iure partes duxerint proponenda et hanc diffinicionem [usque ad] kalendas iulii proximi, vel ultra si de parcium fuerit voluntate. Et consencientes consenserunt in eumdem magistrum Alixandrum tamquam in iudicem ut predicta tamquam iudex facere possit. Hoc autem de voluntate parcium spetialiter actum est, quod, si aliqua dubitatio vel obscuritas occurerit vel fuerit in sententia, laudo vel arbitrio quod de dictis litibus causis et controversiis supradictis possit idem magister declarare et interpretari dubitacionem et obscuritatem supradictam usque ad annum a tempore sententie promulgande.

Eodem vero die, in claustro monasterii sancti Stephani, presentibus Petro de Taranto notario, et Ubaldino Baruncello de Varegnana, Acolbene filio quondam Preite de Anconella, et magistro Iohanne filio Rizardi et muratore, Guilielmo magistro de Gisso et Bernardo filio Petri Bergorgensi: Donnus Azzo monasterii sancti Stephani, et donnus Isnardus et donnus Paulus, donnus Iohannes et donnus Ranbertinus, donnus Columbanus et donnus Parte, et donnus Bartholomeus et donnus Iacopus, et donnus Petrus monaci predicti monasterii, et frater Bonatesta et frater Nicholaus et frater Albertinus conversi monasterii prelibati, et donnus Marsilius syndicus eiusdem monasterii approbaverunt et confirmaverunt predictum compromissum et omnia que in ipso continentur promittentes ipsi Bonaiuto syndico stipulanti nomine suo et hospitalis predicti firmum et ratum habere perpetuo et tenere et nulla occasione contravenire sub pena centum librarum imperialium; et ea soluta firmum et ratum habere et tenere dictum compromissum et omnia et singula in eo comprehensa et quicquid per ipsum magistrum Alixandrum laudatum fuerit sive pronunciatum et dictum.

Die siquidem prelibata in claustro sancte Marie de Crucifferis, presentibus presbitero Guidone ecclesie sancte Marie de Foxole et presbitero Tebaldo Francigena, et Bonamico Bazalerii de Fav[entia], et Zanmiolo Petri de Bagnarola, et Alberico Arimanensi: donnus Albertus prior hospitalis Crucifferorum, et frater Bonencasa, et frater Lanzus, et frater Petricinus, et frater Zufolius, [et frater] Ubertinus, et frater Aldrevandinus, et frater Iulianus, et frater Zanellus, et frater Girardus, et frater Auliverius, et frater Albertus, et frater Iohannes, et frater Albertinus et frater Cap ** [et frater ***] tinus, et frater Butrigus conversi et fratres dicti hospitalis, et Bonaiutus syndicus eiusdem hospitalis approbaverunt confirmaverunt predictum compromissum et omnia que in ipso continentur promittentes donno Marsilio syndico sancti Stephani stipulanti nomine suo et monasterii supradicti firmum ratum habere et perpetuo tenere et nulla occasione contravenire sub pena centum librarum imperialium; et pena soluta firmum et ratum habere et tenere dictum compromissum et omnia et singula [in eo comprehensa et quicquid per] ipsum magistrum Alixandrum laudatum fuerit sive pronunciatum et dictum.

Ego Bonacursius Guidonis Arpinelli notarius predictis omnibus interfui et rogatu utriusque partis scripsi.

CLXXXII (830).

Busta n. 20/956, n. 33. Pergamena di mm. 420 × 340. Originale guasto nei margini.

Transazione tra i sindici del monastero di S. Stefano e il sindico del monastero di S. Bartolomeo di Musiliano, in seguito ad appello fatto contro una sentenza del Priore di S. Maria di Reno e di Nicola canonico piacentino.

Bologna, 1223, 1 luglio.

I sindici Bonatesta e Cambio di santo Stefano, e Marchesino di san Bartolomeo di Musiliano, essendo sorta una lite circa il possesso di due pezze di terra poste nella curia di Vedrana, in loco qui dicitur Auratico, e avendo appellato contro una sentenza emessa in proposito da don Rainerio priore di santa Maria di Reno e da Nicola canonico piacentino dottore di decreti, durante l'appello vengono a concordia.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo tercio, die prima intrante iulio, indictione undecima, domino Federico romanorum imperatore regnante et semper augusto. In claustro superiori sancti Stefani qui dicitur Ierusalem in presencia testium infrascriptorum qui ad hoc fuerunt rogati testes.

Cum lis et controversia seu causa verteretur inter Bonatestam .... de duabus petiis terre .... De quibus petiis lata fuit sententia per dopnum Rainerium priorem sancte Marie de Reno et Nicolaum canonicum placentinum doctorem decretorum .... Cumque appellatum fuisse ab ea sententia ....

....

Presentibus domino Grimaldo Rubeo, domino Albergitto de Ubertis, domino Iacobo Pizolo et Nicolao de Musiliano, Lanfranco notario, Rigo genero Cambii notarii, rogati sunt testes.

Ego Rolandus notarius condam Parixii auctoritate domini Octonis condam inperatoris interfui et, ut supra legitur, mandato abati de Musiliano hanc aparam scripsi.

CLXXXIII (831).

Busta n. 20/956, n. 34. Pergamena di mm. 155 × 155. Originale offeso nei margini.

Zambonino nunzio di Enrico vescovo di Bologna immette Bonatesta sindico del monastero di S. Stefano nel possesso di una terra in seguito a sentenza pronunziata a nome del vescovo di Bologna.

Bologna, 1223, 11 agosto.

Zambonino nunzio di Enrico vescovo di Bologna per autorità del vescovo e di Ubertino giudice del medesimo dà a Bonatesta, sindico del monastero di santo Stefano, tenuta e corporale possesso di una pezza di terra in loco Roncho Mauruni, in forza di una sentenza emanata da Ubertino.

Anno millessimo ducentesimo vicessimo tertio. Die undecimo intrante mense augusti, indictione undecima.

Zanboninus nuntius domini Henrici bononiensis episcopi auctoritate domini bononiensis episcopi predicti et domini Ubertini iudicis antedicti dedit . . . . in sententia lata per dominum Ubertinum iudicem domini episcopi . . . .

. . . .

[Presentibus] Rollandino filio Levaldino de Clangerno et Fredentio placentino qui stat in domo sancti Lazari.

Actum super predictis et in dictis possessionibus: prenominatus Zanboninus domini bononiensis episcopi nuntius scribere rogavit.

Ego Canbius sacri palatii notarius, ut supra legitur, rogatus interfui et scripsi.

CLXXXIV (832).

Busta n. 20/956, n. 35. Pergamena di mm. 260 × 200 (nei lati maggiori). Originale corroso nei margini.

Vendita di Giovanni di Arcira calzolaio ad Azzone abate di S. Stefano di una pezza di terreno.

Bologna, 1223, 14 agosto.

Giovanni di Arcira calzolaio vende ad Azzone con il permesso della consorte Sibilla e della nipote Giacomina una superficie di ter-

reno posta sulla strada di santo Stefano presso la curia del monastero di santo Stefano, terreno che formava la loro dote.

† In Christi nomine. Amen. Anno eiusdem millessimo ducentesimo vicessimo tertio, die quarto decimo mensis augusti, indictione undecima. In parlatorio monasterii beati Stephani qui vocatur Iherusalem. Iohannes de Arcira calzolarius vendidit . . . .

. . . .

Prenominatus vir et memorate mulieres, ut supra legitur, scribere mandaverunt.

Testes Margaritus filius Alidoxii ymulensis, Rustichellus de Burgo Sepulcro, dominus Grimaldus Rubeus iudex, Michelectus filius Uguicionis fabri de Ponte Ferri fabri, Scacca pistoriensis, et Bonatesta de Galegada.

Ego Canbius sacri palatii notarius, ut supra legitur, rogatus interfui et scripsi.

CLXXXV (833).

Busta n. 20/956, n. 39. Pergamena di mm. 150 × 150. Copia.

Ratifica di Guglielmo di Guascogna ad una copia di strumento contenente l'atto di dedicazione alla Chiesa di S. Stefano di Gualdradina.

Bologna, 1223, 30 ottobre.

Guglielmo del fu Guglielmo di Guascogna giudice ordinario di Federico secondo ratifica una copia dell'atto di dedicazione di Gualdrina al monastero di santo Stefano.

Exemplum alterius instrumenti sic incipientis: Anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo tertio, die secundo exeunte mense octubris, indictione undecima, in civitate Bononia in choro ecclesie sancti Iohannis de sancto Stephano, presentibus domino Azone Dei gratia . . . . Gualdradina uxor quondam Lamberti de Burello . . . .

. . . .

Ego Finamore Petri de sancto Rophyllo notarius imperialis aule secundum quod vidi in autentico instromento scripto a dicto Canbio notario, ita exemplavi et nomen meum subscripsi.

Ego Villielmus quondam Guillielmi de Guascono domini Federici secundi romanorum imperatoris serenissimi iudex ordinarius at-

que notarius, hoc exemplum cum autentico auscultavi et idem in uno atque in alio repperi et ad huius perpetuam firmitatem me subscripsi auctoritatem imperialem interponentem.

CLXXXVI (834).

Busta n. 20/956, n. 40. Pergamena di mm. 250 × 210. Originale.

Vendita di Giuseppe di Savignano ad Alberto di Monzuno di una pezza di terra.

Bologna, 1223, 2 decembre.

Giuseppe di Savignano giudice vende ad Alberto di Monzuno e a' suoi eredi una pezza di terra aratoria posta nella corte di Calcara, in loco qui dicitur Caxolo, dopo che Pietro sellaro, genero del venditore, e la figlia di lui rinunziano ai diritti che vi avevano sopra.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Anno Domini milesimo ducentesimo vigesimo tertio, die secundo intrante decembri, indictione undecima. Ego quidem Ioseph de Savignano iudex presenti die vendo et trado tibi . . . .

. . . .

Actum in strata sancti Apollenaris, presentibus domino Iacomino de Curlamberti, et domino Albergitto de Ubertis, et Albertino de Savignano, et Nicholao de Ulmitula, et Petro Mulinario, et Iohanne notario de Zapulino et rogati testes.

Ego Iacobus Pistoris felicis memorie domini Henrici imperatoris tabellio interfui et rogatus scripsi.

CLXXXVII (835).

Busta n. 20/956, n. 41. Pergamena di mm. 320 × 215. Originale.

Vendita di Azzone abate di S. Stefano ad Albertino Asola di una pezza di terra in Ronco Maurone.

Bologna, 1223, 19 decembre.

Azzone abbate di santo Stefano vende ad Albertino Asola bresciano dimorante presso la chiesa di santa Maria Roche Madoris, una

pezza di terra posta in Ronco Maurone per il prezzo di cinquantasei lire di bolognini.

† In Christi nomine, Amen. Anno eiusdem millessimo ducentesimo vicessimo tertio, die decimo intrante mense decembri, indictione undecima, in parlatorio monasterii beati Stephani qui vocatur Ierusalem. Domnus Azo Dei gratia abbas predicti. . . .

. . . .

Prenominatus donnus abbas, ut supra legitur, rogavit scribere, presentibus Petro Gasechello, et Georgio et Nicholao scolaribus, et Bonaparte drapperio, et Oseph de Stupha, et Bonatesta de Galegada, et Bene Amato calzolario, et Girardino clerico sancte Marie Roche Madoris.

Ego Canbius de sancto Stephano sacri palatii notarius, ut supra legitur, interfui et scripsi.

CLXXXVIII (836).

Busta n. 21/957, n. 4. Pergamena di mm. 275 × 175. Originale.

Sentenza del giudice Ubertino in una lite tra il monastero di S. Stefano e Rolando e Gottifredo sacerdoti della chiesa di S. Michele dei Leprosetti.

Bologna, 1224, 19 marzo.

In nomine Patris, Filii, Spiritus Sancti. Amen. Ego Ubertinus iudex domini Henrici bononiensis episcopi ex ipsius delegatione cognitor cause que vertebatur inter Deodatum sindicum monasterii sancti Stephani nomine ipsius universitatis ex una parte et presbiteros Rolandum et Gottifredum capellanos ecclesie sancti Michaelis de Leproseto nomine dicte ecclesie ex altera, que talis erat: Petit Deodatus sindicus sancti Stephani nomine ipsius universitatis a presbiteris et clericis sancti Michaelis de Leproseto nomine sue ecclesie peciam unam terre vineate positam in Ronco Mauroni iuxta Petrizolum filium quondam Ugucionis Vedrane et iuxta Guidonem Aliende de strata Maiori, et iuxta Guillielminum de Vidriano et Grimaldum beccarium et iuxta Iohanninum de Bonese beccario pertinentem ad dictum monasterium iure dominii vel quasi, et quod debitus canon non fuit datus et solutus ipsi monasterio sicut debuit. Lite contestata inter predictos et sacramentis calumpnie ab eis prestitis et factis

hic inde confessis et instrumentis ab utraque parte ostensis, quibus omnibus visis et eorum allegationibus intellectis et super hiis omnibus habita deliberatione diligenti et quorumdam sapientum comunicato conscilio, presbiteros Rolandum et Gottifredum capellanos ecclesie sancti Michaelis nomine ipsius ecclesie et ipsam ecclesiam in restitutionem vinee petite ipsi Deodato sindico nomine monasterii et universitatis sancti Stephani et ipsi universitati condempno.

Millesimo ducentesimo vigesimo quarto, die tertia decima exeunte martio, indictione duodecima, in palatio domini episcopi lata est hec sententia, presentibus Deodato et presbiteris Rolando et Gottifredo capellanis dicte ecclesie sancti Michaelis ad sententiam audiendam.

Interfuerunt huic prolationi sententie presbiter Albertus sancti Martini in Arzele, et Terzobonus clericus plebis sancti Martini, Martinus de Riosto, et Albertus Piranus, Thomarellus et Albertus de Unzola, Albertinellus, Ianboninus et Iohannes Spelleguinus de sancto Iohanne in Perseceto.

Et ego Bonaguida argelensis notarius interfui et, ut supra legitur, mandato dicti iudicis scripsi.

CLXXXIX (837).

Busta n. 36/972, n. 81. Pergamena di mm. 450 × 195. Originale orribilmente danneggiato dall'acqua, mutilo nella parte inferiore.

Sentenza del dottore Lambertino Malatacchio in un ricorso di appello presentato da Alberto di Pariano contro una sentenza del giudice Giovanni Paolo de Corvi.

Bologna, 1224 (1)

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen. Ego Lanbertinus Maletacnorum legum doctor, ex delegatione domini Iacobi Peluchi iudicis domini G. Burre potestatis Bononie, cognitor cause

(1) Il documento essendo mutilo non ha alcuna indicazione cronologica, ma la data si può determinare dalla presenza del nome del podestà nel documento. Il Sarti nella sua opera *De Claris Archigymnasii* etc., vol. I, pag. 129-130, nota 9, così scrive: *Cum autem Guilielmus Burrius mediolanensis anno MCCXXIV preturam bononiensem gesserit, ut ex Ghirardaccio intelligimus eo anno latam constat Lambertini sententiam, quae nullas chronicas notas in ea charta adscriptas habet.* Cfr. ancora il ms. dell' Archivio di Stato: *Podestà Capitani loro Vicari e Giudici in Bologna*, pag. 47.

appellationis facte ab Alberto de Pariano in qua dixit sententiam domini Iohannis Pauli nullam, et si qua est appellavit nomine suo et suorum consortum scilicet talium: Nascimbene, et Ugolini et Ricardini fratrum eius quorum curatores in appellatione se dixit, et Aimaldi Guidonis Bichi et Rainerii, Petrizoli, quorum in appellatione dixit se procuratorem a sententiam domini Iohannis Pauli de Corvis lata pro sindico plebis Panici scilicet Prindiparte ipsa plebe contra Albertum nomine suo et tutorio nomine et procuratorio suorum consortum predictorum. [Cuius ca]use querimonie libellus talis erat: conqueror ego *** sindicus sive auctor universitatis sive collegii **** et eius nepotibus filiis fratris sui al *** Alberto magistro lignaminis **** et unam operam ad *** vineam et unam o[peram] *** cum bobus et personam ad carez[andum] *** cum bobus et persona ad terram arumpandam *** ad terram retaglandam, et unam operam cum bobus et per[sona] ** et unam operam a metendum, et unam operam cum bobus et persona ad carizandum blavam ad aram plebis, et unam operam a batendum blavam plebis, et unum trainum de lignis in festo sancti Laurentii et dari et deferri ad ipsam plebem, et aliud trainum in festo sancti Stephani de natali; et unam zuncatam in festo sancti Laurentii, et aliam zuncatam in festo sancti Petri; et unum amixere et duas fogatias et duos capones in festo sancti Michaelis, et aliut amixere in festo sancti Stephani, scilicet duas fogatias et unam spallam seu unum os carni de porco. Et peto ut colent terram et vineam que tenent ad dictam ecclesiam pertinentem, et medietatem fructuum ipsi ecclesie et michi nomine prestant, que terra est posita in villa de Pariano. Et unam petiam tenentem ab Amaldulo in loco qui dicitur Fraxino iuxta viam et iuxta Corvulum, et aliam petiam terre a filiis Alberici, et est posita in loco qui dicitur Crux iuxta terre ecclesie et iuxta Aspectatum, et prestent duobus hominibus pro plebe necessaria ad comedendum supra Canalem, scilicet tempore vindemiarum. Que omnia, sicut superius dicta sunt, annuatim prestanda et facienda ipsi plebi dico fuisse conventa et promissa et longo tempore prestita, scilicet ab Albrico patre predictorum fratrum et ab Amaldulo eius fratre et eorum maioribus et pro possessionibus et rebus dicte ecclesie que tenebant et tenuerunt. De non prestitis a duobus annis citra et in futurum annuatim prestandis et faciendis nomine dicte universitatis rationem peto. Quo libellus scriptus est in sententia lata per dominum Iohannem Paulum. Visis et auditis alegationibus utriusque partis et instrumentis et confessionibus et testibus tam coram et aliis quam nobis productis et reversis coram nobis, ex utraque parte *** inquisita, abito etiam quam plurium sapientum [consilio] *** pro sindico male appellatum et bene *** [pres]ente sindico ****

CXC (838).

Busta n. 21/957, n. 10. Pergamena di mm. 325 × 165. Originale.

Rinnovazione d' enfiteusi fatta dall' abate Azzone del monastero di S. Stefano a Tomasino del quondam Ognibene.

Bologna, 1225, 11 marzo.

Azzone abate di santo Stefano rinnova a Tomasino del quondam Ognibene l'enfiteusi di un casamento (area fabbricabile) posto nel Vivaro sul quale Tomasino ha edificato la propria casa.

† In Christi nomine. Amen. Anno Domini millessimo ducentesimo vicessimo quinto, die undecimo intrante mense marcio, indictione tertia decima. In parlatorio monasterii sancti Stephani qui vocatur Ierusalem. Domnus Azo Dei gratia abbas predicti monasterii iure emphiteotico perpetuo . . . .

. . . .

Prenominatus henphitehothecarius hanc apperam, ut supra legitur, scribere rogavit, presentibus domino Grimaldo Rubeo iudice, Petro de Varegnana et Scagno de strata Maiori notarius, Iohanne Aurechario de Varegnana, Forte de Florentia et Henrico magistro domus Alamannorum presentibus testibus.

Ego Canbius de sancto Stephano sacri palatii notarius, ut supra legitur, rogatus interfui et scripsi.

CXCI (839).

Busta n. 21/957, n. 18. Pergamena di mm. 115 × 150. Originale cucito in calce al documento CCIV (842).

Appello di Deodato sindico del monastero di S. Stefano al podestà Pace di Bologna.

Bologna, 1225, 22 marzo.

In Dei nomine. Ego Deodatus syndicus sancti Stephani nomine et vice dicti monasterii sentiens me et ipsum monasterium gravatum

sententia vestra domine Prendiparte iudice lata contra me et ipsum monasterium pro Rolandino Suzzo de Butrio, appello ad dominum Pacem Boccatium potestatem Bononie et ad dominum imperatorem et ad dominum Guidonem Boni Canbii vicarium domini imperatoris in causis appellationum, reservata mihi ellectione apud quem velim causam ipsam apellationis prosequi.

In palatio comunis Bononie testes presentes interfuerunt cum dicta appellatio porecta et delata est a dicto syndico eidem iudici et ab eo admissa. Presentibus domino Iacobo Parvo iudice, domino Oseppo iudice, Iacobino de Cuaxio notario, Arnaldone notario. Die decimo exeunte martio, indictione tertiadecima, millesimo ducentesimo vigesimo quinto.

Ego Clarius Rodulfini Clarii imperiali auctoritate notarius predictam appellationem mandato dicti iudicis scripsi.

CXCII (840).

Busta n. 21/957, n. 14. Pergamena di mm. 185 × 135. Originale.

Precaria di Anselmo abate di Strada a Bonabello e a Petrizzolo di Lalanza per tre pezze di terra poste in Manzolino.

S. Maria in Strada, 1225, 6 aprile.

Anselmo abbate del monastero di Strada, consenzienti i suoi confratelli, concede in precaria a Bonabello e a Petrizzolo di Lalanza de locho Manzulino tre pezze di terra aratoria posta nella curia di Manzolino per il prezzo di 16 soldi di bolognini.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo quinto, regnante domino Federicho inperatore romanorum, die sexto intrante mense aprilis, indictione decima tertia. Ego quidem donnus Anselmus abbas . . . .

. . . .

Actum su porticu palacii dicti monasterii.

Testes dominus Girardus de Unzola iudes, Albertus de Soanizo, Teganus et Bonacosa de Mancolino.

Ego Robertus notarius interfui et omnia, ut supra legitur, rogatus scribere scripsi.

CXCIII (841).

Busta n. 21/957, n. 16. Pergamena di mm. 190 × 230. Originale. È un po' malandato.

Precaria di Anselmo abate del monastero di S. Maria di Strada a Bonacosa di Gisiberto e a Gisiberto suo nipote di una pezza di terra.

S. Maria in Strada, 1225, 1 giugno.

Anselmo abate del monastero di Strada, consenzienti i monaci confratelli, concede in precaria a Bonacosa di Gisiberto per una metà e a Gisiberto suo nipote per l'altra metà una pezza di terra aratoria posta in curia di Manzolino per il prezzo di 5 soldi di bolognini.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo quinto, regnante domino Federico inperatore romanorum, die primo intrante mense iunii, indictione terciadecima. Ego donnus Anselmus abbas monasterii . . . . do et concedo in precaria . . . .

. . . .

Actum su porticu palacii dicti monasterii.

Testes dominus Girardus de Unzola iudes, Albertus de Soanizo de Strata, Arnoldus, Bernardinus clericus, Pitrizolus de Lalanza de Manzulino.

Ego Robertus notarius his omnibus, ut supra legitur, interfui et rogatus scribere scripsi.

CXCIV (842).

Busta n. 21/957, n. 18. Pergamena di mm. 275 × 175. Originale offeso nel margine sinistro.

Sentenza d'appello del giudice Guido di Bono Cambio in una lite tra il monastero di S. Stefano e Rolandino di Budrio.

Bologna, 1225, 11 giugno.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen. Ego Guido Boni Cambii legum doctor et imperialis curie iudex, cognitor causarum appellationis, que excedunt quantitatem viginti quinque librarum imperialium, in civitate Bononie, atque cognitor cause

Busta n. 37/973, n. 36. Il codice è lo stesso del documento CCXX (868). Il rogito qui trascritto è alla carta 4 (verso).

Presa di possesso fatta dal prete Ubertino della chiesa di S. Tecla.

Bologna, 1253, 8 marzo.

Die octava intrante martio, indictione undecima. Actum Bononie in ecclesia sancte Thecle de strata sancti Stephani, presentibus presbitero Plebano capellano monasterii sancti Vitalis de Bononia, et Rigo clerico filio Zangni de Roffeno, et domino Ugolino filio quondam domini Comandi de strata sancti Stephani et Bonpetro nepote quondam domini Grimaldi Rubei de dicta contrata, testibus rogatis et vocatis. Donnus Bartholomeus et domnus Michael canonici bononienses auctoritate capituli bononiensis induxerunt dompnum Ubertinum presbiterum et monachum monasterii sancti Stephani in corporalem possessionem tam temporalium quam spiritualium ecclesie sancte Tecle de strata sancti Stephani ponendo in manibus dicti dompni Ubertini presbiteri pannos altaris et funes campanarum dicte ecclesie.

CCXXVII (875).

Busta n. 23/959, n. 24. Pergamena di mm. 116 × 161. Originale.

Consiglio di Odofredo, Guido Bonazio e Ugolino Gardino circa un interdetto posto sopra Tomasino de Magistra.

Bologna, 1255, 10 decembre.

Consilium dominorum Ọtofredi doctoris legum et Guidonis Bonatii et Ugoliní Gardini doctoris legum super eo quod petebatur per dominum Thomasinum de Magistra procuratore domine Romee procu-

(1) Il Grimaldo Rubeo qui ricordato è il giudice il cui nome occorre così frequentemente nei documenti su trascritti.

ratorio nomine pro ea, quoddam interdictum tolli et removeri factum a domino Scaccivello iudice potestatis ad peticionem domini Andalonis domini Aglocari et ex altera parte dicebatur illico interdictum non debere [tolli] seu removeri et si tolleretur vel removeretur quod aliud interdictum de novo deberet fieri per supradictum iudicem. Tale est: seu quod dictum interdictum tollatur per dictum iudicem.

Lata et pronuntiata fuit hec sententia per dominum Scaccivellum iudice potestatis in pallatio communis Bononie presentibus domino Thomasino Magistre procuratore domine Romee de castro sancti Petri et altera parte absente et legitime cytata. Sub anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, indictione terciadecima, die decimo intrante decembri: et ita ut pronuntiatum est per ipsum iudicem ita ipse iudex dictum interdictum tollit presentibus Guidone de Medicina notario, Pagnolo notario, Capoano notario, et Bratio nuntio communis testibus.

Et ego Antonius Patisie notarius ad discum potestatis scripsi.

CCXXVIII (876).

Busta n. 23/959, n. 25. Pergamena di mm. 125 × 165. Originale assai guasto nel margine sinistro.

Elezione di Giacomino di Lambertino a curatore di Divizia.

Bologna, 1256, 11 febbraio.

In nomine Domini. Amen. Anno eiusdem millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, indictione quintadecima, die veneris undecimo intrante februario, presentibus domino presbitero Bonazunta, domino Iacobo Cl [***] iudice potestatis Bononie testibus rogatis et vocatis. Acessit dominus Petrus Sarnutius de burgo sancti Felicis procurator Divitie filie condam Zanelli de Bagno et Lanbertini condam Lanbertini de [Grassis?] procuratorio nomine pro eis coram domino Boxio iudice et assessore domini Manfredi potestatis Bononie **** eis dare in eorum curatorem Iacobinum Lanbertini notarium in causa quam habet vel habere sperat contra * capisaldorum et cum communi et universitate Bagni seu sindico dicti comunis. Qui **** promisit et iuravit omnia que crediderit ipsis adultis utilia facere **** salvo semper sibi de veritate utenda. Et insuper dominus Thoma ** Ramponus iudes pro indepnitate dictorum pupillorum exstitit fide-

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S COLLEGE
LIBRARY

iussor. Quibus omnibus supradictis dominus iudex suam et communis Bononie auctoritatem interposuit et decretum dicendo: Esto curator.

Ego Victorius Bartholomei de Vietris inperiali auctoritate et nunc communis Bononie notarius ad causas novas cum dicto iudice predictis interfui et rogatus scripsi.

CCXXIX (877).

Busta n. 23/959, n. 26. Pergamena di mm. 280 × 116. Originale.

Consiglio di Giacomo de' Pavanensi sopra una petizione presentata da Giacomino di Ribaldino.

Bologna, 1256, 23 febbraio.

In nomine Domini. Amen. Consilium mei Iacobi de Pavanensibus super petitionem quam facit Iacobinus Ribaldini curator Divitie et Lambertini curatorio nomine pro eis coram dominis capusoldorum, que petitio talis est: Dicit Iacobinus Ribaldini curator Divitie filie et heredis Gonolini et Lambertini nepotis dicti Gonolini curatorio nomine pro eis, coram vobis dominis capusoldorum, ipsos non debere compelli ad solutionem condempnationum de eis factarum per dominos rationis cum hoc sit quod heres Gonolini predicti sit Divitia et sit uxor Bartholomei nepotis Petri Sanuti qui est civis bononiensis et citadantiam facit et bona sua omnia habet in dotem. Item dictus Lambertinus non debet cogi solvere condempnationes de eo factas per dominos rationis cum nichil habeat in bonis nec habuerit tempore collationum ei impositarum pro quibus condempnatus est; et etiam cum non sit de universitate terre Bagni tempore cuiuscumque reperiantur comdempnationes. Est tale scilicet quod condempnationes facte per dominos rationum de herede Gonolini et Lambertino tempore domini Uberti de Ugine, tempore domini Alamanni de Turre et tempore domini sui regiminis domini Rizardi de Villa potestatis Bononie non exigantur a Iacobino curatorio nomine pro predictis, cum appareat heredem Gonolini esse quamdam suam filiam Divitiam que in civitate Bononie nupta est et cum appareat dictum Lambertinum vendidisse bona sua que in terra Bagni habebat ut continetur in instrumento scripto manu Iacobini Ribaldini notarii.

Domini Guido Zambonelli de Butrio et Albertus Pavanensis prepositi officiis capusoldorum secundum dictum consilium pronuntiaverunt dicto curatore presente.

Millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, indictione quartadecima, die septima exeunte februario, Bononie in palatio communis,

presentibus Rolando Gavone notario, domino Iacobo de Pavanensibus, Cipriano de Usurgis de Ugiano notario et aliis pluribus testibus rogatis.

Ego Ioachinus filius Arduini notarii de Cavallis, imperiali auctoritate notarius predictis omnibus interfui et rogatus scribere scripsi et publicavi.

CCXXX (878).

Busta n. 37/973, n. 31. Frammento di un codice in pergamena di mm. 275×195 contenente diversi atti. Originale in tristi condizioni. Il documento trascritto si trova nel retro della 2ª carta.

Investitura di una camera della chiesa di S. Maria di Porta Ravennate fatta da Bertolo abate di S. Stefano a Brandalisio canonico di Ferrara.

Bologna, 1256, 6 aprile.

Anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, die sexto intrante aprili, indictione decima quarta. Actum Bononie in claustro monasterii sancti Stephani; presentibus dompno Laurentio monacho dicti monasterii et fratre Rogerio converso dicti monasterii et Gerardo parmensi qui nunc moratur in dicto monasterio testibus rogatis et vocatis. Dompnus Bertolus abbas monasterii sancti Stephani Bononie quod vocatur Iherusalem iudex venerabilis patris domini Octaviani cardinalis apostolice sedis legati investivit per librum quem habebat in manu domnum Brandalixium canonicum Ferrarie natum domini Buvalelli de Ricadentia de camera ecclesie sancte Marie de porta Ravignana Bononie in qua consueverat morari dominus Arpinellus filius domini Buvalelli et que est vasta cochinam ipsius ecclesie auctoritate **** vice et nomine ipsius domini Arpinelli reservando sibi iurisdictionem super provisionem beneficii faciendam eidem cum optulerit se facultas ecclesie ***.

CCXXXI (879).

Busta n. 24/960, n. 5. Codice in pergamena di cc. 8 tutte della misura 335×230. Il codice è in tristissime condizioni ha alcune carte corrose e frammentarie. Il documento trascritto si trova alla c. 2 verso. Originale·

Licenza di Ottaviano vescovo di Bologna a Bencivenna sindaco del monastero di S. Bartolomeo per vendita di beni.

Bologna, 1262, 28 giugno.

Ottaviano vescovo di Bologna concede licenza a Bencivenna converso e sindico del monastero di san Bartolomeo di vendere e di permutare case e possessioni in luogo Bedoleto e in Borgadello.

Anno Domini | millesimo ducentesimo sexagesimo | secundo, indictione quinta, die tertia exeunte iunio. Dominus Octavianus Dei gratia . . . .

. . . .

Actum in camara dicti domini ellecti in episcopatu Bononie presentibus magistro Bernardo de Parma canonico bononiensi, presbitero Rollando de Serrenego capellano dicti domini ellecti, Nicholao Oradini notario et Pantalione Pili, Micahele de Riosto notario testibus vocatis et rogatis.

Ego Marchixinus Bonaccursii de Muxigliano notarius predictam licentiam scripsi de mandato dicti domni Octaviani ellecti.

CCXXXII (880).

Busta n. 24/960, n. 8. Pergamena di mm. 167 × 169. Originale.

Approvazione dell' abate Giovanni di S. Stefano per la monacazione di Nicola de Artinixiis.

Bologna, 1264, 6 gennaio.

Giovanni abate di santo Stefano approva e conferma la vita, l' onestà e i costumi di Nicola figlio di Alberto de Artinixiis e ne conferma l' accettazione a monaco fatta da Filippo e dagli altri monaci dello stesso monastero.

In nomine Domini. Amen. Anno eiusdem Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto, indictione septima, die sexto intrante ianuario. Dompnus Iohannes Dei gratia . . . .

. . . .

Actum Bononie apud dictum monasterium in caminata que est ante cameram ipsius domni abbatis, presentibus domino Mercadante de Migarano iudice, domino Salvi quondam domini Beccadeli, Beccadino domini Nicholai, Frederico et Martino fratribus ipsius domni abbatis, et dompno Ventura priore sancte Marie in Ebriani de sancto Vicentio testibus.

Ego Dominicus Bolognitti Maymelini notarius predictis omnibus interfui et predicta, ut rogatus fui, publice scripsi.

CCXXXIII (881).

Busta n. 24/960, n. 10. Pergamena di mm. 235×230. Originale.

Rinunzia di Giacomo al rettorato e all'amministrazione dell' ospedale di S. Stefano sulla Quaderna.

Quaderna, 1264, 21 ottobre.

Giacomo rettore e amministratore dell' ospedale di santo Stefano in Quaderna conoscendo di essere diventato inabile all' ufficio per più di una ragione, rinunzia l' ufficio nelle mani dei confratelli.

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo ducentesimo sexagesimo quarto, indictione septima, die undecimo exeunte octubre. Dominus Iacobus rector et administrator . . . .

. . . .

In caminata superiori ipsius hospitalis in diocesi Bononie, presentibus domino Spagnolo domini Benzevenis legum doctore, domino Bonifatio domini Bulgarini de Lambertatiis, domino Alberto Balduini, et domino Iacobino domini Mezovillani testibus, et aliis pluribus presentibus et vocatis.

Ego Petrizolus Benedicti imperiali auctoritate notarius predictis omnibus interfui et de mandato dictorum conversorum et domini scripsi in formam publicam reducendo, ad perempnem memoriam huius rei scripsi.

CCXXXIV (882).

Busta n. 37/973 n. 68. Pergamena di mm. 775 × 265 (nei lati maggiori). Originale orribilmente mutilo.

Soluzione di debito da Giovanni abate di S. Stefano ad alcuni cittadini di Bologna.

Bologna, 1264.

Giovanni abate di santo Stefano alla presenza di Ottaviano vescovo di Bologna paga un debito che, per sentenza dei due cardinali Giovanni vescovo di Porto e Simone del titolo di san Martino ai Monti, doveva versare a Bernardo de' Rasuri, Gerardo di Ugo, Nicola Beccadelli, Giacomo da Medicina, Tomasino de' Gozzadini e Giacomino e Golzadino de' Golzadini.

Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto, indictione sep[tima] *** frater Iohannes portuensis et sancte Ruffine episcopus, et domnus Simon mixeratione divina sancti Martini in Montibus presbiter cardinalis *** compromessi inter se facti per dominum Iohannem sancti Stephani de Bononia et dompnum Philippum monachum eiusdem monasterii et Caudaleonem eius procuratorem ** dompnus Philipus gerebat se pro abbate dicti monasterii, et ex auctoritate domni pape concessa predictis arbitris mandassent et sententiassent et providissent dictum domnum Iohannem abbatem dicti monasterii sancti Stephani et ipsum monasterium dare debere et solvere duo millia trecentas libras bononenorum, fructibus perceptis et percipiendis computatis in sortem, domino Bernardo de Rasuris et

domino Gerardo Ugonis Albrici, domino Nicholao de Becchadellis, dominis Iacobino de Medicina, Thomaxino de Gozadinis, Iacobino et Golzadino de Golzadinis creditoribus dicti monasterii sancti Stephani. Cum possessiones dicti monasterii habent obligatas ut continetur in sententia scripta per Iacobum Tudini de Podio Bonizi notarium de mandato et auctoritate venerabilium predictorum dominorum cardinalium, volens predictus dominus dompnus Iohannes abbas predicti monasterii sancti Stephani quod appellatur Ierusalem suo nomine et vice et nomine dicti monasterii adimplere omnia et singula supradicta, et omnia et singula que in dicta sententia continentur, de consensu et voluntate fratrum suorum ibidem presentium silicet dompni Iacobi, dompni Petri, dompni Marini, dompni Zunte, dompni Philipi, fratris Ivani et fratris Benvegnuti, in presentia venerabilis patris domni Octaviani Bononie episcopi suam auctoritatem interponentis dedit et solvit et numeravit quingentas triginta libras bononenorum . . . .

. . . . .

Hec omnia facta et completa fuerunt in camara venerabilis patris domni Otaviani Bononie episcopi predicti, suam auctoritatem et consensum omnibus et singulis supradictis interponentis, presentibus domino Arimundo domini Albrizi de sancto Petro legum doctore, domino Benedicto Guizardini notario, domino Matheo Iacobi Pallatini notario, Bonaventura Viviani notario, Dominico Iohannis Spadarii, Iohannino Dondurantis notario, Benvegnuto domini Buvalelli de sancto Georgio, domino Benvegnuto de Ursis, et Albrico domini Amidei medici testibus de his omnibus rogatis.

Ego Vallinus Raffacanis auctoritate imperiali notarius his omnibus interfui et, ut supra legitur, rogatus scribere scripsi.

CCXXXV (883).

Busta n. 24/960, n. 11. Pergamena di mm. 230×165. Originale corroso nel margine sinistro.

Concessione di Giovanni abate di S. Stefano al medico Spinello del godimento di una terra vineata in correspettivo di prestazioni professionali di queste.

Bologna, 1265, 19 ottobre.

Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quinto, die tertiodecimo exeunte octubri indictione octava.

Actum Bononie in capitulo monasterii sancti Stephani, presentibus presbitero Iohanne Petro qui fuit de Placentia et Dominico * Bolognitti Maymelini Pistoris notario, et Iacobino servitore domini Iohannis abbatis dicti monasterii testibus ad hoc rogatis. Donnus Iohannes abbas monasterii sancti Stephani Bononie quod vocatur Iherusalem nomine eiusdem monasterii et pro ipso monasterio, de consensu et voluntate fratrum suorum scilicet donni Petri, donni Zunte, donni [Fili]ppi et fratris Vinture syndici dicti monasterii concessit et locavit domino Spinello medico filio domini Iacobi de Cantone Tusco de strata sancti Stephani utendum, fruendum et usufructandum unam tornaturam terre vineate de vinea superiori sive braina dicti monasterii, iuxta burgum sancte Iuliane hinc ad viginti novem annos * completos, et iuxta dominum Franciscum et iuxta dominum Iulianum Mazenghi et iuxta vicinos burgi strate sancti Stephani et iuxta viam que pergit ad sanctum Petrum martirem vel si qui alii sint confines. Et ideo hoc fecit ei domnus abbas cum suis fratribus in satisfactione sui laboris et medicamenti iam prestiti ipsi monasterio et de quibus prestare promisit fratribus omnibus et singulis ipsius monasterii hinc ad dictum terminum. Et promisit dictus dominus Spinellus dare annuatim in signum reverentie et census dicto abbati et fratribus in festo sancti Laurentii mensis augusti duos bonos et optimos cappones. Et dictus domnus abbas per stipulationem promisit ipsi domino Spinello dictam tornaturam terre vineate ei non tollere nec alteri concedere sed ipsam ei legitime defendere hinc ad dictum terminum, auctorizare et disbrigare. Et dictus dominus Spinellus promisit per stipulationem dicto domno abbati et fratribus omnibus et singulis bene et bona fide conciliare et medicare et suum * cinium prestare hinc ad dictum terminum. Et hec omnia et singula supradicta per stipulationem promiserunt vicissim inter se predictos scilicet dictus domnus abbas per se suosque successores, et dictus dominus Spinellus per se suosque heredes attendere et observare et non contravenire in quolibet et pro quolibet capitulo sub pena viginti quinque librarum bononenorum, et sub obligatione bonorum dicti monasterii et bonorum dicti domini Spinelli et dampnorum et expensarum refectione. Et ea soluta vel non, dicta semper firma sint et rata; et de hoc possent esse duo instrumenta eiusdem tenoris unum pro monasterio et aliud pro predicto domino Spinello.

Ego Iohannes quondam domini Durantis auctoritate imperiali notarius interfui rogatus scribere.

CCXXXVI (884).

Busta n. 37 973, n. 67. Pergamena di mm. 406 × 280. Originale corroso e orribilmente bucato. Il documento è frammentario.

Ricognizione di debito del monastero di S. Stefano verso alcuni membri della famiglia Golzadini.

Bologna, 1268.

Il monastero di santo Stefano debitore di duemila lire bolognesi verso Giacomo de' Golzadini, Golzadino, Giovanni Matteo e Liamerio de' Golzadini viene ad una composizione secondo un lodo arbitrale di Rolandino de Romanzi e Araldo de Preytis dottori di legge.

In nomine Christi. Amen. Anno Domini millesimo ducentesimo sexagessimo [oct]avo, indictione undecima *** Constat monasterium sancti Stephani de Bononia [quod vocatur] Ierusalem teneri ad debitum et in debitu duorum millium librarum bononenorum domino Iacobino qui dicitur Aymatius de Golzadinis suo nomine et *** Dogevali filio domini fratris Amadoris de Golzadinis tam suo nomine quam ex iure sibi [concesso] a dicto fratre Amadore predicto et Golzadino et **** fratribus de Golzadinis et fratri suo Iohanni Matheo *donis et Liamerio quondam domini Napolionis de Golzadinis ex pluribus instrumentis et ex forma sententie laudi seu arbitrii facti inter sindicum dicti monasterii et ipsos Golzadinos a domino Rolandino de Romancis et a domino Araldo de Preytis legum doctoribus arbitris et arbitratoribus inter ipsos . . . .

. . . .

CCXXXVII (885).

Busta n. 24/960, n. 18. Pergamena di mm. 220 × 265. Originale.

Sentenza su consiglio di Basacomare de Basacomari e di Cervotto dottori di legge, in una vertenza tra Brandalisio Gozzadini e il monastero di S. Stefano.

Bologna, 1269, 15 giugno.

In Christi nomine. Amen. Super questione que vertitur inter Venturam sindicum monasterii sancti Stephani nomine et vice dicti monasterii et ipsum monasterium ex una parte et dominum Brandalisium de Gozadinis ex alia. Dicit enim dictus dominus Brandalisius quod ipse est in possesione dictarum rerum et possesionum de quibus est questio et fuisse antequam res ipsas et fructus habuisset et

retro percepit. Item negat dictum monasterium possidere quare dicit quod fructus ad monasterium non pertinere et quod sequestrari non debent ** sibi dari, et ex habundanti voluit cavere de dictis fructibus salvandis et custodiendis. Et contra |dicit| Ventura sindicus monasterii sancti Stephani qui negat dictum Brandalisum habere aliquam possessionem * in supradictis possessionibus, immo dicit monasterium possidere et possedisse et naturalem possessionem retinuisse per dominam Marriam, quare dicit fructus monasterio tradi debere cum possesiones sint predicti monasterii, et ipsum monasterium esse in possesione, et ex abundanti dicit se paratum sati[s]dare de ipsis fructibus exsibendis et restituendis si de iure debuerit et salvandis et non barratandis. Ut hec omnia et alia in postis per utranque partem scriptis apparet.

Consilium domini Basacomatris de Basacomatribus legum doctoris et mei Cirvoti domini Acursii legum doctoris est [tale] quod predicti fructus tradantur Venture sindico monasterii sancti Stephani nomine et vice monasterii; hoc addicto, quod dictus sindicus satisdet de ditis fructibus parere iuri corram suo iudice cum domino Brandalisio et de eis exsibendis et restituendis, prout de iure debuerit. Que fieri debeant non obstantibus testibus ex officio recceptis cum reccepti fuerint lite non contestata et partibus non presentibus neque citatis et cum sibi invicem contradicere videantur.

Lata et pronunciata fuit hec sententia in pallatio veteri communis Bononie per dominum Stephanum doctorre legum iudicem potestatis pro tribunali sedentem partibus presentibus. Sub anno Domini millesimo ducentesimo sexsegesimo nono, indictione duodecima, die quinto decimo intrante iunio. Presentibus domino Ysinardo domini Bonioanini Rubei et Iacobo Parisii notario testibus rogatis.

Ego Vitorrius Iacobi inperiali auctoritate notarius et nunc ad discum domini potestatis scripsi.

Pubblicato nel SARTI e FATTORINI, *De claris etc.* Vol. II, pag. 56.

CCXXXVIII (886).

Busta n. 24/910, n. 26. Pergamena di mm. 167 × 155. Originale.

Nomina di un procuratore per l'immissione in possesso dell'abate di Musiano ne' suoi benefici.

Bologna, 1272, 6 novembre.

Guidocherio e Bianco figli del fu Alberto Guidocherio de' Galluzzi, Giovanni del fu Ramfredo di Argella, e Bonacatto del fu Dondideo

di Barbaria nominano a loro procuratore Spertulato (?) del fu Agolante di Pianoro per introdurre don Aldrevandino abate di Musiliano nel possesso dei beni del monastero.

Anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, inditione quintadecima, die sexto intrante novembre. Dominus Guidocherius et Blanchus fratres . . . .

. . . .

Actum Bononie in porticu ecclesie sancti Arcangeli presentibus domino Lambertino domini Thomaxini, Rampertus doctor legum, domino Iohanne de Ungarellis doctore legum, Gerardo quondam Ferrarii notario ad memorialia et presbitero Iacobo de Lastignano qui asseruit se cognoscere dictas partes.

Ego Marchixinus quondam domini Bonacursii de Muxigliano notarius predicta omnia scripsi et publicavi.

CCXXXIX (887).

Busta n. 38 971, n. 13. Pergamena di mm. 660 × 160 (nei lati maggiori). Originale in pessime condizioni bucato e corroso.

Permissione concessa dal giudice Giovanni Tortario ai fratelli Ivano e Giovanni di alienare alcune terre al monastero di S. Bartolomeo di Musiano.

Bologna, 1277, 18 marzo.

I fratelli Ivano e Giovanni figli del quondam Brunetto beccaro si presentano a Giovanni Tortario giudice del podestà Adigerio da Senaza perchè dopo aver nominato loro procuratore Dentale del quondam Michelino conceda a lui la facoltà di vendere a Michele monaco del monastero di Musiano, alcune terre che essi possiedono insieme a minorenni nella curia di Musiano nei luoghi detti Fontanelle e Caneto.

Anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, indictione quinta, die quartodecimo exeunte martio. Acesserunt Yvanus et Iohanes adulti fratres et filii quondam Bruniti Becharii filii quondam Iacobi . . . .

. . . . .

[Actum] *** pallatii communis Bononie in qua est puteus, presentibus Bendideo Ugolini, Polonario Thomaxini notario ad memorialia

contractuum **** Guidone Iacobini notario, Iohanne quondam Serodani qui *** Petro Mendeche testibus ad hec vocatis et rogatis.

*** Guilielmus de Sanutis imperiali auctoritate notarius hiis omnibus interfui et dictos adultos, curatorem ***

CCXL (888).

Busta n. 38/974, n. 11. Pergamena di mm. 240 × 170. Originale frammentario contenente la sola conclusione del documento.

Conclusione di una sentenza.

Bologna, 1277, 22 aprile.

*****

*** solvere teneatur nulla exceptione obstante.

Lata et pronunciata fuit hec sententia in pallatio veteri communis Bononie, iudice pro tribunali sedente. Presente Bonfantino sindico dicti monasterii ad sententiam audiendam, sub anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, inditione quinta, die nono exeunte aprili. Presentibus domino Antolino de Mazolino doctori legum, domino Lambertino de Bon[onia?] iudice, domino Bechadino de Artinixiis, domino Gerardo Maxigna, domino Guillelmo Petri Honesti, et domino Bonafide de Tuschis testibus.

Ego Vincentius Venture nunc notarius ad discum ** autoritate communis Bononie notarius scripsi.

CCXLI (889).

Busta n. 25/960, n. 10. Pergamena di mm. 250 × 156. Originale offeso nel margine destro.

Vendita di terra da Fuzo e . . . . fratelli e figli del fu Uguccione di Borgo Panigale a Mattiolo di Ravone.

Bologna, 1283, 31 dicembre.

Fuzo e . . . . fratelli e figli del fu Uguccione di Borgo Panigale vendono a Mattiolo di Ravone della cappella di san Felice un appezzamento di terra posto nella curia di Panigale in loco qui dicitur Resitinus al prezzo di trentasei soldi di bolognini.

Anno Domini millesimo octuagesimo tertio, indictione undecima, die ultimo decembris. Dominus Fuzus et dominus *** fratres et filii quondam Ugutionis de Burgo Panicali dederunt . . . .

. . . .

Actum Bononie sub porticu fornacis burgi Lamari, presentibus magistro Iacobino de Calcina, et Armano quondam Bonimartini et Guidone quondam domini Pizoli testibus vocatis.

Ego Andreas filius Zanis auctoritate communis Bononie notarius scripsi.

CCXLII (890).

Busta n. 38/971, n. 20. Pergamena di mm. 315 × 205. Originale bucato e gravemente macchiato.

Vendita di quattro tornature di terra da Rainerio del fu Giovanni ad Azone del fu Alberto de Senni.

Bologna, 1286, 29 novembre.

Ranieri del fu Giovanni da Varignana dimorante a Modena vende ad Azzone del fu Alberto de Senni quattro tornature di terre poste nella curia di san Rufillo nella località Morandello.

Anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo sexto, indictione quartadecima, die vigesimo nono intrante novembri. Dominus Raynerius quondam Iohannis de Varignana comitatus Bononie qui moratur in civitate Mutine dedit vendidit . . . .

. . . .

Actum Bononie, ante domum magistri Spinelli medici, presentibus domino Bonaventura domini Bomubani, Landino de ** ula, Cevenello Petrizoli, et Petro Gerardi capelle sancti Homoboni testibus rogatis et vocatis a me notario cognoscente contrah[entes]?

Ego Nic[olaus] *** imperiali auctoritate notarius predictis omnibus *** et scripsi.

CCXLIII (891).

Busta n. 25/961, n. 28. Pergamena di mm. 250 × 255. Originale.

Assoluzione da scomunica impartita da Giovanni vescovo di Bologna a Francesco priore di S. Biagio del Voglio e ad alcuni monaci di S. Stefano.

Bologna, 1300, 29 novembre.

Alla presenza di frate Giovanni vescovo di Bologna compaiono Gregorio priore di san Biagio del Voglio, Gregorio, Alberto, Pietro,

Francesco di Fasanino, Giacobino, Antonio, Giovanni e Gilberto monaci di san Stefano per implorare l' assoluzione da tutte le sentenze di scomuniche promulgate dal vescovo anche per mezzo de' suoi nunci.

In Christi nomine. Amen. Nativitatis eiusdem anno millesimo trecentesimo, indictione terciadecima, die martis penultimo mensis novembris. Ante presentiam et paternitatem venerabilis patris domini fratris Iohannis Dei gratia Bononie episcopi . . . .

. . . .

Actum in canonica bononiensi in camera nostra; presentibus venerabili patre domino fratre Francisco Dei gratia Calubriensi episcopo, domino Guidone de Baysio archidiacono bononiense et domino Iohanne de Calcina decretorum doctore testibus.

Ego Aldrevandinus Guidonis de Bonromeis imperiali auctoritate et nunc notarius dicti domni bononiensis episcopi, predictis omnibus interfui et mandato dicti patris publice scripsi.

CCXLIV (892).

Busta n. 25 961, n. 31. Pergamena di mm. 225 × 215. Copia guasta nel margine destro.

Copia d' istrumento contenente l' emancipazione del figlio Carlo dal padre suo Guido del quondam . . . . Linarolo.

Bologna, 1301, 25 agosto.

Guido del fu *** Linarolo della cappella di san Michele del Mercato di Mezzo alla presenza di Andrea giudice e vicario del podestà di Bologna rinunzia alla patria podestà che ha sul figlio Carlo.

Hoc est exemplum cuiusdam instrumenti cuius tenor talis est:

In Christi nomine. Amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo primo, indictione quartadecima, die vigesimo quinto mensis augusti. Accessit dominus Guido quondam ** Linaroli capelle sancti Michaelis de Foro Medii ante presenciam domini Andree iudicis et vicarii domini *** Vergelensis potestatis Bononie . . . .

. . . .

Actum in pallatio veteri communis Bononie ad dischum domini potestatis [presentibus] Iacobo Martelli, Francisco Bonfioli, Gregorio Vandini Prevedelli, Guidone Bartholo ***** qui dixit cognoscere contrahentes, testibus vocatis et rogatis.

. . . .

Ego Bonmatheus de Ranchedis imperiali auctoritate notarius hiis omnibus interfui et rogatus publice scripsi . . . .

Positum in memorialibus Bartholomei de Castagnolis notarii in dicto officio.

Ego Pax quondam Iacobini Zacharie (1) medici, imperiali auctoritate notarius ut in dicto auctentico inveni ita exemplavi et scripsi.

CCXLV (893).

Busta n. 38 972, n. 37. Pergamena di mm. 600 × 320. Copia corrosa, mutila e orribilmente guasta nei margini.

Presentazione fatta dall'abate di S. Stefano di Gregorio monaco a rettore della chiesa di S. Biagio.

Bologna, 1302, 7 febbraio (2).

L'abate di santo Stefano presenta Gregorio monaco a rettore della chiesa di san Biagio di strada santo Stefano vacante per la rinuncia fatta da Martino.

**** [anno millesimo trecentesimo secundo, indictione decima] quinta, die septimo mensis februarii. Cum ecclesia sancti Blaxii strate sancti Stephani de Bononia vacaret rectore . . . .

. . . .

[Testibus] magistris Bernardo de Parma, Bertholomeo quondam magistri Zagni medicis, domino Laurentio quondam domini Acti de Baratis, Illario quondam Raynerii de Brancafucis, Upicino filio domini Gubertini ** abbatis predicti, omnibus de Parma, testibus ad hoc vocatis et rogatis.

**** inperiali auctoritate notarius ex auctoritate et licentia mihi concessa in conscillio otingentorum et populi bononiensis ex instrumento seu reformatione scripta manu Petrizoli Iacobi Bonincontri notarii et tunc notarii ancianorum *** in rogationibus Pacis, quondam Iacobini Zacharie medici, notarii inveni, ita fideliter scripsi et autenticavi secundum formam et consuetudinem ipsius et in publicam formam redegi.

(1) Il nome del medico Zaccaria appare, come nel documento qui trascritto in altri strumenti del secolo XIV. Cfr. busta n. 25/961, n. 39 (15 maggio 1306), n. 40 (6 settembre 1306); busta 26/962, n. 12 (9 luglio 1311), n. 17 (17 maggio 1316), n. 18 (15 maggio 1317); e busta 38 975 n. 55 (7 marzo 1325).

(2) L'anno è indicato da altri due documenti, che seguono, scritti nello stesso giorno in cui fu fatta l'elezione e la presentazione di Gregorio dall'abate di S. Stefano e dove intervengono gli stessi testimoni.

CCXLVI (894).

Busta n. 41/977, n. 21. Pergamena di mm. 415 × 260 (nei lati maggiori). Originale frammentario, mutilo nei margini e gravemente offeso dall' umidità.

Sentenza di Bussolo vicario del vescovo di Bologna in una lite tra l'abate di S. Bartolomeo di Musiano, Giacomo di Mascarone e Giovanni de' Bassacomatri.

Bologna, 1303, 31 ottobre.

Giacomo di Mascarone e Giovanni de' Bassacomatri da una parte e l'abate di san Bartolomeo di Musiano dall'altra ricorrono a Bussolo vicario generale di Bologna perchè tutti vantano diritti alla presentazione del rettore e dei chierici della chiesa di santa Maria in Pizzocalvo. Bussolo, udito il parere dei due dottori di decreti Giovanni da Calcina e Raimondo di Zaccaria, dichiara che il diritto spetta all' abate di san Bartolomeo di Musiano.

*****

Lecta lata et pronuntiata fuit dicta sententia per dictum dominum vicarium pro tribunali sedentem, Bononie, in episcopali palacio. Pre[sentibus] dominis *** Bartholomeo et Iacobo ad suam sententiam audiendam et presentibus domino Bencevenne de Beneapersis iudice. domino Graciadeo *** presbitero Bartholo rectore ecclesie sancte Marie de *** Chilino Bonaventure notario et Thoma de Flesso notario. Anno millesimo trecentesimo tercio, indictione prima, die iovis, ultimo octobris, post nonam et ante vesperas.

. . . .

Ego Petrus Bonandree imperiali auctoritate et curie episcopalis civitatis Bononie notarius presens et interfui [et de mandato] dicti domini vicarii rogatus scripsi.

CCXLVII (895).

Busta n. 25/961, n. 35. Pergamena di mm. 273 × 310. Originale in tristi condizioni, con i caratteri in molti luoghi scomparsi.

Adesione alla dimanda di Margherita di Guidone Frigerino perchè venga tolta la sua scheda dagli uffici degli estimi e consegnata all' abate di S. Maria in Strada.

Bologna, 1305, 15 maggio.

In Christi nomine. Amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo quinto, die quintodecimo mensis madii. Cum ex parte religiosi viri

dompni Bernardi abbatis monasterii sancte Marie in Strata ordinis cistersiensium bononiensis diocesis fuerit expositum quod * Margarita filia quondam domini Guidonis Frigerini capelle sancti Barbaciani, que suum extimum seu extimi cedulam in qua omnia sua bona descripta sunt porecxit coram dominis deputatis officio extimorum, nomine conversionis dedicaverit se et sua bona omnia monasterio supradicto et post expositionem petitum fuerit quod dictum extimum seu cedula tollatur de filo extimorum dicte capelle sancti Barbaciani et restituatur eidem abbati et dicte domine, et eciam quod ipsum extimum et bona in ipsa cedula descripta et data et ipsius domine nomen et cognomen canzellentur de libro extimorum quarterii porte sancti Proculi et capelle sancti Barbaciani predicte si in dicto libro et capella vel alibi ubicumque descripta sunt. Et cum ipsis dominis ** predicta vera esse per publicum ipsius dedicationis instrumentum coram eis productum visum, lectum, scriptum manu Blaxii quondam Iohannis de Unzola notarii. Idcirco domini infrascripti deputati officio extimorum, congregati in pallatio episcopali ubi manent inclusi pro dicto offitio explicando silicet: dominus Iacobus de Rygnano legum doctor, dominus Iacobus de Tencarariis legum doctor, dominus Iacobus Iulianus Cambii legum doctor, dominus Iohannes Homoboni, dominus Iohannes de Gatto, dominus Nicholaus **** Ugolinus de Flagnano ** dominus Petrus de Cornittis, dominus Henricus de Lobia, dominus Guido domini Anthonii, dominus Dominicus Tholomei, dominus Franciscus *** domini Iacobi Sinibaldi, dominus Fantinus ** dominus ** de Canetulo in qua congregatione interfuerunt dicti domini dicto officio deputati ex *** Ughitti legum doctore qui propter infirmitatem in eo imminentem non affuit; videlicet ultra quam due partes dictorum dominorum congregatorum ut sibi ***** unanimiter et concorditer ad honorem Dei et beate Marie Virginis sub cuius vocabulo dictum monasterium nominatur, vigore eorum arbitrii et omni iure et modo quibus melius potuerunt providerunt ordinaverunt confirmaverunt ** extimum seu cedulam [extimi] dicte domine Margarite tollatur et tolli debeat de filo extimorum dicte capelle sancti Barbatiani et detur et dari et restitui debeat eidem domno abbati et dicte domine Margarite. Et quod etiam extimum et bona omnia in scriptis data et porrecta per manum ** Margaritam coram ipsis dominis, in dicto quarterio sancti Proculi et capella sancti Barbaciani et nomen et cognomen dicte domine canzellentur et canzellari debeant sine ***** ex notariis dicto officio de[putatis] ** et singulis libris extimorum communis Bononie in quibus conscriptum et conscripta sunt et reperiuntur. Non obstantibus aliquibus *** provisionibus et reformacionibus communis et populi Bononie et dictorum dominorum, sacratis et sacratissimis vel non aut aliis quibuscumque iuribus et statutis.

Interfuerunt testes presentes hiis omnibus Iacobus Zenzoris Melice et Thomas de Preytis notarii dicto offitio deputati et plures alii existentes ibidem.

Ego Iacobus Alberti Martelli imperiali auctoritate notarius et nunc dicto officio deputatus predictis interfui et de ipsorum dominorum mandato ea prescripsi.

CCXLVIII (896).

Busta n. 25/961, n. 36. Pergamena di mm. 255 × 220. Originale.

Soccida di due bovi contratta fra Benefecit del quondam Andrea di Pistoia ed Ubertino del fu Domenico Calvo, Giuliano figlio di Ubertino e Chosa del fu Pace giudice.

Bologna, 1305, 22 maggio.

Benefecit del fu Andrea da Pistoia dimorante nella cappella di santo Stefano in Bologna dà in soccida ad laborandum due buoi con la metà del lucro e del danno a Ubertino di Domenico Calvo, a Giuliano di Budrio e a Chosa giudice, del fu Pace de Suricis, della cappella di santo Stefano.

Anno Domini millesimo trecentesimo quinto, indictione tercia, die vigesimo secundo mensis maii. Dominus Benefecit quondam domini Andree qui fuit de Pistorio et nunc moratur Bononie in capella sancti Stephani, presencialiter coram me notario et testibus infrascriptis dedit et locavit in socidam domino Hubertino quondam domini Dominici Calvi, domino Iuliano eius filio, ambobus de terra Butrii . . . . et domino Chose quondam domini Pacis de Suricis iudici capelle sancti Stephani et cuilibet eorum in solidum duos boves . . . .

. . . .

Actum Bononie in campo mercati presentibus domino Brunino quondam domini Blanchi Chose qui asseruit se cognoscere contrahentes, Francissco quondam Iacobini notario, Francissco domini Yvani de Bentevoglis notario, Francissco quondam domini Bonvixini notario et Francissco quondam domini Vithocii, testibus vocatis.

Ego Vinciguerra quondam Iacobini Zacharie medici imperiali auctoritate notarius predictis omnibus presens interfui et rogatus scribere, publice scripsi. Immemoriali Manfredini de Calzina notarii reperiuntur.

CCXLIX (897).

Busta n. 26 962, n. 11. Pergamena di mm. 317 × 220. Originale.

Appello di Giberto sindico dei monasteri di S. Stefano e di S. Bartolomeo di Musiano contro il vescovo Uberto di Bologna.

Bologna, 1311, 18 marzo.

Frate Giberto sindico dei monasteri riuniti di santo Stefano e di san Bartolomeo di Musiano alla presenza di Uberto vescovo di Bologna si appella all'arcivescovo di Ravenna contro il vescovo di Bologna il quale agisce contro i diritti e le antiche consuetudini che l'abate dei sopradetti monasteri ha nella nomina dei rettori delle chiese dipendenti dai monasteri stessi.

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo undecimo, indictione nona, die iovis, decimo octavo mensis martii. Pateat universis quod infrascriptus frater Ghibertus syndicus constitutus . . . .

. . . .

Interposita fuit dicta appellatio et in scriptis dimissa per dictum dompnum Ghibertum syndicum coram dicto domino bononiensi episcopo in camara ipsius in episcopatu post terminum ordinatum quindecim dierum dicto dompno Ghiberto syndico per dictum episcopum, presentibus dominis Raymondo de Gonsolminis iuris perito, Forexio Canbii de Lucho, Upicino notario dicti domini episcopi et Dondideo Iohannis et aliis testibus ad hec vocatis et rogatis. Qui domnus episcopus respondit et precepit dicto syndico quod die veneris vigesimo sexto mensis martii proxime venturi debeat comparere coram eo recepturus appellos super dictam apellationem et responsionem quam sibi dare volluerit.

Qua die veneris vigesima sexta mensis martii conparuit dictus dompnus Ghybertus syndicus et procurator monasterii sanctorum Stephani de Bononia et Bartholomei de Muxiglano bononiensis diocesis coram dicto domino episcopo et petiit sibi dari apellos seu litteras dimissorias super appellationem per eum interpositam et expectavit responsionem ipsius et apellos sibi dandos ab eo super ipsam appellationem usque ad pulsationem conpletorii ad ecclesiam sancti Petri ecclesie maioris civitatis Bononie.

Actum Bononie in episcopali pallatio in quo erat idem archiepiscopus Ravenatensis, presentibus dominis Raymondo de Gonsolminis, Ranberto domini Raynerii Cosse, dompno Bernabino et Matheo Iohannis testibus vocatis et rogatis.

Ego Bertholomeus quondam Michaelis Addami imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius hiis omnibus et singulis interfui et rogatus predicta scribere publice scripsi et appellantem cognovi.

CCL (898).

Busta 38/974, n. 43. Pergamena di mm. 275 × 290. Originale mutilo e bucato.

Attestazione di soluzione di debito fatta da Lippo de Pepoli a Fece di Andrea.

Bologna, 1311, 26 marzo.

Lippo del quondam Giovanni de Pepoli della cappella di santa Maria Ravegnana e Fece di Andrea da Pistoia convengono avanti a Tomasino giudice di Bernarduccio podestà di Bologna per attestare che Lippo ha pagato quanto doveva a Fece di Andrea.

In nomine Domini. Amen. Existentibus Lippo quondam domini Zohennis de Pepulis cappelle sancte Marie Ravennatis cive bononiensi, et Fece Andree de Pistorio coram domino Tomaxino iudice

. . . . .

Actum Bononie, in palatio novo, ad disscum *** presentibus Nerio Armaleonis notario de Pistorio et Sengna Gentilis de Pistorio, Bitino Iohannis **** Ventura de Pistorio, testibus ad hec rogatis. Anno nativitatis Domini millesimo CCCXI, indictione [*** die] vigeximo sexsto martii.

Ego Iohannes Salutati de Massa imperiali auctoritate iudex ordinarius *** dicti domini Henrici potestatis predictis omnibus interfui et rogatus hec omnia [scripsi].

CCLI (899).

Busta n. 38/974, n. 50. Pergamena di mm. 275 × 210. Originale mutilo nel margine sinistro.

Licenza concessa dal giudice Albertino de' Terisendi al monaco Nicolò di prendere possesso della chiesa di Pizzocalvo (1).

Bologna, 1316, 15 luglio.

[Anno Domini millesimo trecentesimo decimo sexto] indictione quartadecima, die quintodecimo mensis iulii. Dominus Albertinus de

(1) Le indicazioni del tempo e del luogo vengono fornite con certezza dal documento che segue e dal nome del podestà.

Therixendis iudex atque dotor [legum] *** militis domini Lelli domini Guillelmi de Guillelmis de Assissio potestatis Bononie visa ellectione facta *** sanctorum Stephani de Bononia et Bertholamey de Muxiglano in rectorem et amministratorem ecclesie sancte *** [Fran]cisci Iohannis de Lastignano notarii et visa licentia concessa dicto dompno Nicholao a venerabili *** venerabilis patris domni Uberti Dey gratia Bononie episcopi quod possit intrare tenutam et possidere *** scripta manu Ianonis Rayni notarii, et visis etiam alliis iuribus dicti dompni Nicholay ** communis bononiensis per civitatem Bononie et burgos et etiam per nuntium communis Bononie ante dictam ecclesiam quod si quos haberet *** bonis spectantibus ad ipsam ecclesiam seu qui vellet contradicere ne dicto dompno Nicholao dare *** tenutam et possessionem dicte ecclesie et iurium spectantium ad ipsam ad certum terminum iam elapsum *** visa presentatione quam fecit Coradinus de sancto Georgio, qui se optulit procuratorem nomine dominorum *** ne dicta licencia daretur per dictum dominum vicarium dicto dompno Nicholao intrandi *** possessione dicte ecclesie, et iurium ipsius, et visa renunciatione facta per predictum Coradinum dedit et *** Nicholao intrandi et apprenhendendi tenutam et corporalem possessionem et quasi dicte ecclesie sancte Marie [de Pucicalvo] ** spiritualium et temporalium spectancium ad eamdem.

Presentibus Ghillino de Labia notario, domino Francischo Brescha notario *** et Iacobo Guillelmi Doxii notario testibus ad hec.

Iacobus Bonaventure Gambaldi inperiali auctoritate notarius et nunc notarius ad dischum domini potestatis publice scripsci mandato dicti domini vicarii.

CCLII (900).

Busta n. 38/974, n. 50. Pergamena di mm. 160 × 180. Originale cucito insieme al documento n. CCLI (899).

Revoca di sequestro gravante sopra dei beni della chiesa di S. Maria di Pizzocalvo.

Bologna, 1316, 24 luglio.

In nomine Domini. Amen. Anno Domini millesimo tricentesimo sestodecimo, imdictione quartadecima, die vigesimo quarto mensis iullii. Vir prudens dominus Dominichus iudex et assessor nobilis militis domini Lelli de Asissio honorabilis potestatis civitatis Bononie, pressente et requirente dompno Bartholomeo monacho ac syndicho et procuratore monasterii et ecclesiarum santorum Stephani

de Bononia et Bartholomei de Musiglano auctoritate sui offitii et omni modo et iure quibus melius potest revocavit sequestrum factum de mandato suo ad ipsius syndici petitionem et requisitionem, de fructibus et reditibus ecclesie sancte Marie de Pucichalvuli penes massarios terre Pucichalvuli et laboratores possessores possessionum dicte ecclesie. Et commisit Petrizolo Benvenuti nuntio communis Bononie quod in continenti vadat et precipiat dictis massariis et laboratoribus dictarum possessionum ut non obstante dicta sequestratione respondeant de fructibus et redditibus ipsarum possessionum dompno Nicholao monacho dicti monasterii et rectori dicte ecclesie sancte Marie in continenti ea die vel sequenti, facto eis dicto precepto sub penam centum librarum bononenorum et ad petitionem predictorum.

Ego Dionisius quondam Guillelmi de Bochadefornis impperiali auctoritate notarius et nunc notarius offitii aquile pro communi Bononie et dicti iudicis predicta publice scripsi et firmavi.

CCLIII (901).

Busta n. 26/962. n. 28. Pergamena di mm. 370 × 170. Originale.

Nomina di procuratori fatta da Bonacorso Olmi abate del monastero di S. Stefano.

Bologna, 1335. 7 ottobre.

Frate Bonacorso Olmi abbate di santo Stefano e rettore e amministratore della chiesa di san Damiano di Borgonuovo della diocesi bolognese nomina suoi procuratori per qualunque causa Laudo del quondam Dordino, Nerino da Forlì e Tomaso del quondam Barbarossa de Barbarossis.

In Christi nomine. Amen. Eiusdem nativitatis anno millesimo trecentesimo trigesimo quinto, indictione tercia, die septimo mensis octubris. Dominus frater Bonacursius. . . . .

. . . . .

Actum Bononie in ecclesia sancti Archangelli presentibus domino magistro Guillielmo Petri de Pedemontio scolari in civitate Bononie in arte medicine, Benedicto Dominici de Vidaglagola, dompno Gozadino Iohannis rectore ecclesie sancti Georgii de Cermazore testibus ad hec vocatis et rogatis.

Ego Guillielmus quondam Bernardini Grassi imperiali auctoritate notarius hiis omnibus interfui et rogatus describere descripsi et constitutos et constituentes cognovi.

CCLIV (902).

Busta n. 38 974, n. 58. Pergamena di mm. 140 × 175 (nei lati maggiori). Originale guasto nei margini.

Dichiarazione di Filippo Formaglini, Lorenzo del Borgo e Riccardo da Saliceto sopra i beni dotali di Bitina moglie di Pietro de Ottoboni bandito da Bologna.

Bologna, 1335.

[In Dei nomi]ne. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo quinto, indictione tercia ***. Sapientes et discreti viri domini Philippus de Formaglinis, Laurentius de Bur[go] *** Richardus de Saliceto legum doctores, dominus Bonincontrus filius domini Iohannis Andree decretorum doctor domini et offitiales deputati ad videndum examinandum et declarandum iura eorum qui se dicunt ius habere in bonis banitorum et confinatorum communis Bononie, vigore ipsorum offitii et omni modo et forma quibus melius potuerunt approbaverunt pro legiptimis et veris iura domini Laurentii quondam domini Iacobi de Bonacaptis patris et legiptimi administratoris domine Bitine eius filie, uxoris Petri filii ser Ugolini de Octobonis, in bonis dicti Petri mariti dicte domine banniti seu confinati communis Bononie in quantitate trecentarum librarum bononenorum pro dote dicte domine Bitine ut de ipsa dote [pate]t in publico instrumento scripto manu Guidonis Useppi de Ulgiano notarii, facto in millesimo trecentesimo vigesimo, indictione tercia die vigesimo *** mensis ianuarii. Dicunt dicti domini et declarant dictum dominum Laurentium Bonacaptum et dictam dominam Bitinam eius filiam vel allium pro ipsis legiptime recipiendum posse mereri in solutum de bonis predicti Petri usque ad quantitatem predictam trecentarum librarum bononenorum.

Ego R[ainer]ius quondam Iohannis de Christianis imperiali auctoritate notarius et nunc notarius dictorum dominorum [predicta] scripsi et firmavi.

CCLV (903).

Busta n. 27 963, n. 5. Pergamena di mm. 360 × 183. Originale.

Concessione di Taddeo Pepoli a una supplica di Maddalena di Benvenuto per alienazione di beni dotali.

Bologna 1341, 21 febraio.

In Christi nomine. Amen. Anno eiusdem millesimo tercentesimo quadrageximo primo, indictione nona, die vigesimo primo mensis

februarii. Magnifficus et potens dominus dominus Tadeus de Pepolis civitatis et comitatus et distritus Bononie conservator audicta suplicacione porecta pro parte domine Madalene olim Benvenuti de Tantis et uxoris quondam Petri quondam Benvenuti Zamboni fumantis terre sancte Marie in Strata affirmantis esse et dictum suum maritum gravatum esse maxima famillia, et non habet unde possit se et dictam suam familliam sustentare, quare suplicabat ut posset vendere et allienare quodam cassamentum super quo consueverat esse una domus plana cuperta de cupis poxita in curia sancte Marie in Strata iuxta possessiones fratrum monasterii de dicta terra sancte Marie in strata a duobus lateribus. Item unam domunchulam de palliis cum quodam ortexello poxitam in dicta curia iuxta Gerardum Bitini, iuxta possessionem dicti monasterii et iuxta viam. Item unam peciam tere trium tornaturiarum poxitam in dicta curia iuxta Iohannem Landi seu heredes eius, iuxta Nanem Canbii et iuxta possessiones sancte Marie in Strata pro se et dictam suam familliam allendo; quas res et bona dicta domina meruit in solutum pro doctibus suis de bonis dicti sui mariti urgentis ad inopiam, non obstante alliquo iure communi vel municipali proibente res pro dotibus in solutum aceptas posse allienari constante matrimonio. Et audicto et intellecto domino Benvenuto Iohannis sindico dicte terre affirmante vera esse in suplicacione contenta et dicente alliquem fumantem non esse qui emere vellit dictas res et bona et prestito certifficato de denunciacione bonorum immobillium extimi dicti communis et ipso consenciente venditioni predicte, volens anuere suplicacioni iam dicte; providit, statuit et decrevit quod dicta domina Madalena cum consenssu dicti sui mariti possit et valleat vendere et allienare dictas res et bona cuicumque emere volenti, et quod vendicio allienacio et instrumentum de predictis fiendum, valeat et teneat et habeat plenum robur non obstante decreto inibitionis per ipsum dominum facte fumantibus posse vendere et allienare eorum bona immobillia et non obstante alliquo iure communi vel municipali prohibente res in solutum aceptas pro doctibus posse allienari constante matrimonio, salvo iure communis Bononie et cuiuslibet alterius singularis persone alliquo iure communi vel municipali civitatis Bononie in contarium (*sic*) non obstante.

Ego Ugolinus de Bonacaptis notarius dicti domini predicta publice scripssi.

CCLVI (904).

Busta n. 38 974. n. 61. Pergamena di mm. 450 × 285. Originale bucato e gravemente offeso dall' umidità.

Locazione di terreno da Nicolò sindico dei monasteri riuniti di S. Stefano e S. Bartolomeo di Musiano a Pietro e Matteo de' Balducci.

Castel S. Pietro, 1347, 17 agosto.

Nicolò monaco e sindico dei monasteri riuniti di santo Stefano di Bologna e san Bartolomeo di Musiano dà in affitto a Pietro e Matteo fratelli e figli del fu Guido de Balduciis di Liano una pezza di terra coltivata a vigna di due tornature e mezzo nella località detta Braina da la Schanigla in corrisposta di cinque corbe, una quartarola e due quartiroli di buon frumento.

In nomine Domini. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo quadrageximo septimo, indictione quintadecima, die decimo septimo mensis augusti. Dompnus Nicholaus monachus et sindicus monasteriorum sanctorum. . . . .

. . . . .

[Actum] in terra Castri sancti Petri comitatus Bononie in domo habitationis Galvanini quondam Betti hospitatoris, presentibus magistro Antonino quondam Yeminiani medico capelle sancti Bartoli porte Ravennatis de Bononia, Iacobo quondam Francisci capelle sancti Thome de Brayna, Andrea quondam Benedicti habitatore dicte terre qui dixit dictos contrahentes cognoscere, et Dominico quondam Novellonis bechario capelle sancte Lucie de Bononia, testibus vocatis et rogatis. Et dictis ** dixi ego Franciscus notarius infrascriptus quod predicta poni et scribi facerent in memorialibus communis Bononie secundum formam ***

Ego Franciscus filius Petri ** [Ia]cobi notarius Bononie civis, imperiali auctoritate notarius hiis omnibus interffui et rogatus predicta publice scripsi.

CCLVII (905).

Busta n. 27 963. n. 11. Pergamena di mm. 210 × 235. Originale.

Costituzione di Reloisio a tutore di due pupilli.

Bologna, 1351. 13 gennaio.

In Christi nomine. Amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo primo, inditione quarta, die tercio decimo mensis

ianuarii. Reloysius quondam Dominici stracarolus capelle sancte Marie Maioris, patruus et coniunta persona Andree et Betixie fratrum et filiorum quondam Grixantis, sciens se esse legiptimum tutorem predictorum Andree et Betixie pupillorum, agnoscens dictam tutelam et honus ipsius, constitutus in presencia sapientis et discreti viri domini Iohannis de Albertuciis de Parma iudicis et assessoris ad dischum aquille nobillis millitis Guasparini Vicecomitis de Mediolano honorabillis potestatis civitatis Bononie deputati, suam et communis Bononie auctoritatem et decretum interponentis, peciit a dicto iudice sibi confirmari dictam tutellam et decerni administractorem dicte tutelle dictorum pupillorum. Qui iudex cognita predicta omnia vera esse ipsam administractionem et gubernationem ac tutellam predictam eidem confirmavit et dedit ac decernit dicens: esto tutor, te do et confirmo et fideliter gere et administra. Qui Reloysius tutor sic constituctus datus et iudicis decreto confirmatus promixit michi notario infrascripto tamquam pubblice persone, stipulanti et recipienti et recipienti (*sic*) vice et nomine dictorum Andree et Betixie pupillorum et omnium eorum quorum interest seu interesse posset et corporaliter iuravit ad sancta Dei evangelia utillia dictis pupillis facere et in utillia pretermittere, et rem et bona ipsorum salvam fore et omnem ** pro eis subire quam eos subire necesse est et omnia alia facere que de iure tenetur et debet. Et insuper deinde parvitate dictorum pupillorum ipsius Reloysii tutoris precibus et mandatis, Vivianus quondam Petri calzolarius capelle sancte Marie Maioris extitit fideiussor, sub obligatione omnium suorum bonorum; renuntians beneficio de fideiussore et omni alii legum et iuris auxilio. Demum huic actui legiptimo dictus iudex suam et communis Bononie auctoritatem et decretum interposuit et prestavit dicens eidem tutori dictam tutelam et administractionem confirmans.

Actum Bononie in palatio veteri dicti communis ad dischum aquile presentibus magistro Blaxio quondam Martini pelipario qui dixit se partes cognoscere, Nicolao quondam Lambertini de Venezano notario, Iacobo quondam Dominici capelle sancte Marie Maioris, fratre Bartholomeo quondam doni Fantalotii rectore ecclesie sancte Marie de Castro sancti Petri, Bartholomeo Iacobi notario, domino Iohanne quondam domini Fulchi de Pacibus legum doctore et domino Mino quondam domini Mini de Azoguidis legum doctore testibus ad hec vocatis.

Ego Thomas Nicolay de Venezano imperiali auctoritate communis Bononie notarius his omnibus interfui et rogatus scribere predicta publice scripsci.

CCLVIII (906).

Busta n. 27/963, n. 12. Pergamena di mm. 285 × 260. Originale bucato e offeso dall'umidità.

Quietanza dell'abate del monastero di S. Stefano a Tomaso del quondam Bellondi per una somma dovutagli a titolo di pensione di terreni locati.

Bologna, 1353, 23 settembre.

Francesco de Melliis abate dei monasteri riuniti di santo Stefano e di san Bartolomeo di Musigliano riceve da Tomaso del quondam Bellondi lire tredici a saldo di affitto per una terra prativa posta nella curia di Pianoro in loco detto Prado Tonbado.

In Chisti nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentessimo quinquagessimo tercio, indictione sexta, die vigesimo tercio mensis septembris. Venerabillis ac relligiosus pater domnus frater Francischus . . . .

. . . .

Actum in civitate Bononie in capitulo monasterii sancti Stephani quod dicitur Ierussallem presentibus domino Iacobo filio domini Montighini de Rachullis de Regio scholare, domino Nichollao domini Iohannis **** de Regio, domino Egidio quondam domini Mathei Bollognitti draperio qui dixit et asseruit se cogn[oscere contrahentes] et partes predictas et domino Iacobo [quondam] Merlicti capellano qui moratur in dicto monasterio [sancti Stephani test]ibus vocatis ad hoc spetialiter et rogatis.

Ego Nicholaus quondam Guillielmi Martochi civis Bononie, publica et inperiali [et communis] Bononie auctoritate notarius his omnibus presens interfui et ea rogatus scribere predicta publice scripsi.

CCLIX (907).

Busta n. 27/953, n. 16. Pergamena di mm. 320 × 210. Originale.

Delegazione di Aimerico vescovo di Bologna a Giacomo di Castel de Britti, a Gerardino arciprete della chiesa bolognese e a Bartolomeo di Castello a risolvere una questione di decime con il monastero di S. Stefano.

Bologna, 1370, 13 settembre.

Aimerico vescovo di Bologna, avendo ricevuta una supplica dall'abate Domenico di santo Stefano nella quale questi dichiara di non

poter pagare la somma imposta al monastero di santo Stefano per la soluzione della decima triennale al pontefice, allegando che un errore dev'essere incorso nella registrazione della somma da pagare, delega Giacomo di Castel de Britti dottore di decretali e canonico bolognese, Gerardino arciprete della chiesa bolognese, e Bartolomeo di Castello canonico bolognese perchè esaminino la supplica e prendano le misure opportune in caso di errore.

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo, indictione octava, die terciadecima mensis septembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris domini domini nostri Urbani divina providentia pape quinti, anno octavo. Noverint universi hoc praesens instrumentum . . . .

. . . . . Aymericus Dei et apostolice sedis gratia Bononie episcopus . . . . non valens circha omnia et singula in eadem (supplicatione) contenta intendere de presenti, aliis suis et dicti sui episcopatus negotiis occupatus, venerabilibus et sapientibus viris domino Iacobo de Chastrobritonum decretorum doctori canonico bononiensi vicario suo, domino Gerardino archipresbitero commissario . . . . et domino Bartholomeo de Castello canonico bononiensi et massario cleri civitatis et diocesis Bononie ibidem presentibus quatinus de contentis in supplicatione predicta se diligenter informent . . . .

. . . . .

Actum Bononie in episcopali pallatio, in chamino thinelli dicti reverendi patris domini Bononie episcopi, presentibus venerabili viro domno Andrea de Balardis de Avilania canonico bononiensi, domino Guillielmo Bezada priore ecclesie sancte Marie Maioris Bononie et domino Petro de Rions millite rectore hospitalis sancti Stephani Bononie testibus ad predicta vocatis et rogatis.

Ego Nicholaus quondam Iacobi de Canonicis civis bononiensis publicus apostolica et imperiali auctoritate et curie episcopalis Bononie notarius supradictis omnibus et singulis interfui eaque mandato dicti patris ac rogatus scribere publice scripssi.

CCLX (908).

Busta n. 28 964, n. 1. Pergamena di mm. 580 × 214. Originale in tristi condizioni.

Permuta di benefici tra Antonio degli Albertuzzi priore della chiesa de' SS. Cosma e Damiano e Bonaventura da Savignano rettore della chiesa di S. Arcangelo.

Bologna, 1401, 21 maggio.

Bartolomeo vescovo di Bologna concede ad Antonio del fu Marco degli Albertuzzi, monaco di santo Stefano e priore della chiesa

de' santi Cosma e Damiano in Borgonuovo di permutare il proprio beneficio con quello di Bonaventura del fu Giacomo da Savignano monaco di santo Stefano e rettore curato della chiesa di sant' Arcangelo di Bologna.

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadringenteximo primo, indictione nona, die vigeximo mensis maii, tempore pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini Bonifacii divina providentia pape noni. Pridie siquidem religiosi viri dominus dompnus Anthonius quondam Marci . . . .

. . . . .

Actum et acta fuerunt predicta omnia Bononie in caminatella ecclesie sancti Arcangelli predicti; presentibus domino Egidio quondam Thobiucii de Fabriano licenciato in iure canonicho habitatore Bononie in capella sancte Marie Maioris qui dixit et asseruit se predictos domnum abbatem et dompnum Bonaventuram et dompnum Anthonium cognosere (*sic*), Anthonio fillio Pauli de Candelis capelle sancti Leonardi, domino dompno Andrea quondam Baldini capelano in dicta ecclesia sancti Arcangelli et mansionario bononiensis ecclesie, et Angelino quondam Coradi de Alamania ** dicti domni abbatis sancti Stephani testibus ad hec vocatis, adhibitis et rogatis.

. . . . .

Ego Iohannes fillius ser Bitini olim Iachobi Azolini publichus imperiali et communis Bononie [auctoritate notarius predictis] omnibus interfui eaque rogatus scribere, predicta publice scripssi.

CCLXI (909).

Busta n. 28964, n. 2. Pergamena di due carte ciascuna di mm. 395 × 254. Originale in tristissime condizioni.

Lodo del dottore Pietro Boncompagni in una questione tra Zacaria de Isachis e Gioranni de' Carbonesi da una parte e Giacomo de Cambiolis dall'altra parte (1).

Bologna, 1103, 25 marzo.

Pietro de Boncompagni dottore di leggi è eletto arbitro e scioglie una contesa sorta tra Zaccaria del fu Nane de Ysachis di san Giovanni notaio e Giacomo de Carbonesi da una parte e Giacomo del fu Domenico de Cambiolis lavoratore dall'altra parte.

(1) Le tristissime condizioni della pergamena che non permettono affatto la lettura intera del documento mi obbligano a fare il semplice regesto.

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo tercio, indictione undecima, die vigesimo quinto menssis marcii, tempore pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Bonifaci divina providentia pape noni. Zacharias quondam Naynis . . . .

. . . .

Actum Bononie in capella sancte Iuste, ad stationem ressidentie mei notarii infrascripti presentibus Bernardo de ** qui dixit se partes predictas cognossere Vinzolino quondam Iacobini de Libris (?) de capella sancti Proculi et Iohanne Dominici capelle sancte Marie Maioris testibus ad predicta adhibitis vocatis et rogatis.

Ego Bartolomeus quondam Georgi de Ferro publicus imperiali et comunis Bononie auctoritate notarius predictis omnibus interfui eaque rogatus scribere, predicta omnia publice scripsi.

(*Segue poscia il laudo del dottore Pietro Boncompagni, che è illeggibile*).

CCLXII (910).

Busta n. 28/964, n. 5. Pergamena di 2 carte ciascuna di mm. 355 × 255. Originale bucato nel mezzo.

Fondazione pia a favore della chiesa cattedrale bolognese per l' annuale celebrazione di suffragi pel barone Ulrico de Wulsce.

Bologna, 1410, 15 aprile.

I nobili signori Ruggero Olhafen plebano in Prugg della diocesi di Salzburgo e Giovanni Kling consegnano al prete Giovanni di Bernardo sindico del consorzio della chiesa cattedrale di san Pietro lire duecento in monetà aurea e argentea perchè tale somma venga convertita nell' acquisto di un bene immobile posto nella città di Bologna, sulla cui rendita poi si valga il consorzio per la celebrazione di suffragi a favore dell' anima del barone Ulrico de Wulsce, morto in Bologna ritornando da Roma, e seppellito nella chiesa di santo Stefano.

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo decimo, indicione tertia, die quintadecima mensis aprilis, pontificatus domini nostri domini Alexandri divina providentia pape quinti anno primo. Cum secundum christiane fidei . . .

. . . .

Acta fuerunt predicta omnia Bononie, in sacristia ecclesie cathedralis ipsi ecclesie contigua et connexa; presentibus honesto viro domino Conrado de Lapide rectore utriusque universitatis [st]udii

Bononie, domino Iosep de Testis utriusque iuris doctore Bononie, domino Nicolao de Tansignano canonico bononiensi, domno Azzolino de Feraria sacrista dicte ecclesie, Petro Starchant rectore parochialis ecclesie Gorzensdurff Pataniensis diocesis, Lasaro Stossel rectore parochialis ecclesie Inpolan (?) Salzeburgensis diocesis, et Andrea Rirfing canonico ecclesie Olomucensis testibus ad predicta vocatis et rogatis.

Ego Philippus filius quondam Stephani de Formaglinis civis Bononie publicus imperiali, communis Bononie ac curie episcopalis Bononie autoritate notarius predicta omnia et singula de notis et rogationibus Rainaldi de Formaglinis notarii publici infrascripti prout in eis inveni de ipsius aliis occupati negotiis mandato scripsi exemplavi signumque et nomen mea his ideo apponens consueta.

Ego Rainaldus natus quondam Comacini de Formaglinis civis bononiensis publica imperiali et communis Bononie et curie episcopalis Bononie auctoritate notarius suprascriptis omnibus et singulis interfui et rogatus scribere publice scripsi et in hanc publicam formam redegi et quia aliis occupatus negociis per Philippum notarium publicum suprascriptum scribi et exemplari feci ideo hic me subscripsi et solitum signum apposui in fidem et testimonium omnium premissorum.

CCLXIII (911).

Busta n. 39 975, n. 45. Pergamena di mm. 450×345. Originale orribilmente guasto o bucato.

Presentazione di frate Pietro di Simone alla cappellania di S. Bartolomeo nella chiesa di S. Stefano.

Bologna, 1448, 3 giugno.

Il maestro Lorenzo del fu maestro Pietro medico e Brunino de Bianchi presentano frate Pietro di Simone, monaco di santo Stefano, a Giovanni di Catania dottore decretista e vicario generale del vescovo di Bologna, perchè sia investito della cappellania di santo Bartolomeo eretta nella chiesa di santo Stefano in Bologna.

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo, indictione un[decima, die] tertio mensis iunii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Nicolai divina providentia pape quinti anno [secundo]. Venerabilis et egregius vir dominus Iohannes de Catania decretorum

doctor. archidiaconus reginus. reverendi in Christo patris domini Philippi Dei et apostolice sedis gratia episcopi bononiensis et principis in remotis agentis, in spiritualibus et temporalibus vicarius generalis ad infrascripta et alia legitime et solemniter constitutus, visa quadam presentatione ipsi domino vicario facta per egregium virum artium et medicine doctorem magistrum Laurentium olim magistri Petri medicum, et nobilem virum Bruninum quondam Bagarotti [*** B]lanchis cives bononienses procuratores et sindicos officialium hospitalis sancte Marie de Morte de Bononia heredum olim *** de Grassis strazaroli, dudum patroni et fundatoris ac dotatoris altaris et capellanie sancti Bartolomei siti in ecclesia *** sancti Sthephani bononiensis et ad quos officiales . . . .

. . . .

Actum Bononia in episcopali palatio, presentibus reverendissimo patre domino fratre Iacobo de Bataglis abbate ecclesie sancti Stephani Bononie, et domno *** Iohannis rectore ecclesie sancti Thome de Mercato, et Toma quondam Iacobi de capella sancti Ioxep laboratore testibus ad predicta vocatis et rogatis.

Ego Philippus quondam Stephani de Formag[linis] **** publicus imperiali communis Bononie ac curie e[piscopalis] *** autoritate notarius premissis omnibus interfui eaque rogatus scribere publice scripsi, signoque meo consueto s[ignavi].

CCLXIV (912).

Busta n. 28/961, n. 16. Pergamena di 2 carte ciascuna di mm. 295 × 205. Originale corroso e macchiato nei margini.

Rinnovazione di costituzione enfiteutica sopra di una casa da Vianisio Albergati a Caterina del fu Corsolino.

Bologna, 1458. 16 agosto.

Vianisio Albergati protonotario apostolico e commendatario de' monasteri riuniti di santo Stefano e san Bartolomeo di Musiano rinnova a Caterina del fu Corsolino e moglie del fu Domenico Tamburini della cappella di san Biagio l' enfiteusi di una casa nella contrada di strada santo Stefano in corrisposta di trenta soldi di bolognini.

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo, indictione sexta, die sextodecimo mensis augusti, apostolica sede vacante per mortem olim sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Calisti divina pro-

videntia pape tertii. Reverendus in Christo pater et dominus dominus Vianisius de Albergatis . . . .

. . . .

Actum Bononie in prefato monasterio sancti Stefani super logia dicti monasterii presentibus egregiis ac circumspectis viris domino Dutio de Zanis, ser Hisaia de Malvasia civibus et notariis Bononie qui dixerunt et asseruerunt se dictas partes et contrahentes predictos cognoscere, egregio legum doctore domino Lodovico de Albergatis Bononie cive et domino Matheo Dominici de Neapoli rectore ecclesie sancte Marie de Castrobritonum de Bononia, testibus omnibus ad predicta vocatis et rogatis.

Ego Sinerius filius quondam Francisci olim ser Iohannis de Dugliolo civis bononiensis publicus imperiali et comunis Bononie ac curie episcopalis Bononie auctoritate notarius predicta omnia et singula prout in notis scriptis ac rogationibus Baldassaris de Grassis notarii infrascripti inveni, ea omnia de ipsius Baldassaris commissione et mandato scripsi sumpsi et exemplavi et in hanc publicam formam redegi; hic ideo me subscripsi signumque meum apposui consuetum in fidem omnium premissorum.

Ego Baldassar quondam ser Iacobi de Grassis civis Bononie publicus apostolica, imperiali, communis Bononie ac curie episcopalis Bononie auctoritatibus notarius predictis omnibus prout sic agerentur interfui eaque rogatus scribere et quia aliis negotiis impeditus extiti ideo per suprascriptum Sinerium de Dugliolo notarium Bononie scribi et exemplari feci, ideo hic me subscripsi signumque meum apposui consuetum in fidem omnium premissorum.

CCLXV (913).

Busta n. 28 964. n. 18. Pergamena di mm. 290 × 235. Originale.

Collazione del beneficio di S. Croce di Pizzocalvo fatta da Vianisio Albergati allo scolare Paride de Panzachis.

Roma, 1173. 13 ottobre.

Vianisio Albergati protonotario apostolico amministratore dei beni de' monasteri riuniti di santo Stefano e di san Bartolomeo di Musiano dà a Paride de Panzachis chierico e scolare, il beneficio di santa Croce di Pizzocalvo, perchè con le rendite possa procurarsi il necessario alla vita e provvedersi di libri.

Vianisius de Albergatis sedis apostolice prothonotarius numerarius etc. . . . . dilecto nobis in Christo Paridi de Panzachis clerico et scolari bononiensi salutem. Scientes bonorum. . . . .

. . . .

Datum et actum Rome in domo nostre solite residentie, sub anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio, indictione sexta, die vero decimatertia mensis octobris, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini Sixti divina providentia pape quarti anno tertio; presentibus ibidem magnifico viro domino Ludovico de Albergatis legum doctore, et honorabili viro Angelo Nicolai de Castello seu de civitate Castelli testibus ad premissa vocatis spetialiter et rogatis.

Et ego Philippus Henzelini presbiter Bisuntine (?) diocesis atque notarius prefati reverendi patris domini Vianisii ad fidem premissorum de mandato eiusdem presentes litteras patentes manu propria subscripsei.

DOCUMENTI

SENZA NOTA CRONOLOGICA COMPLETA

CCLXVI (914).

Busta n. 39 975, n. 5. Pergamena di mm. 450 × 210. Originale frammentario con la scrittura corrosa nell'alto.

Cessione di Azo a Pietro e Martina suoi nipoti di una tornatura di terra vineata.

Bologna, sec. XI, indizione XV, 23 settembre (1).

*** germano meo *** [habend]um, tenendum et possidendum idest in loco ***niano, pe[ci]a una terra vineata cot sunt ** [torna]turia una cum introito et exoitu suo usque in via pub[lica] [et cum] omnia super se et infra se abentem in integrum, pertica decipeda mensurata per longo et per ambabus lateribus pertice viginti trex, de uno capite pertice sex et pedes tres, alio capite pertice ses et pedes tres. Finis eius ab uno latere possidet Turlo Azo, alio latere possidet Pelecrino de Aunesto, de uno capite de supto possidet Cornolo Stigazo, alio capite iusta via publica que perit ad Castro de Sichezo, vel si quis aliis adfines sunt, infra istis designatis lateribus sicut mensura et latera designant tornaturia una in integrum, presenti die ut per hanc cartam manifestacionis et concessionis mea conveniencia do et concedo ego supradicto Azo vobis supradictis Petrus et Iohannes et Martina germanis nepotis et nepte mea vestrisque heredibus ad abendum, tenendum et possidendum et quitquit vobis oportune fuerit exinde faciendum, ad salva iusticia domnica, persolvendum. Ut neque da me neque da meis heredibus aut per somipsa vel rogativa persona mea neque per nullumvis ingenium nullam exinde abeatis molestacionem aut causacionem. Sed et promitto ego supradicto Azo vel heredibus meis predicta pecia terra vineata cot sunt tornaturia una, qualiter supra legitur, vobis supradictis Petrus et Iohannes et Martina germanis vel ad vestris heredibus aut cui vos eas dederit vel derelimgere voluerit omni tempore ab omni homine

(1) Il giorno è indicato nel regesto che si trova nel *verso* della pergamena. L'anno può determinarsi probabilmente per mezzo della indizione e della presenza nel contratto del teste Floro di Andrea il quale è ricordato in una carta del 1031: cfr. documento XIV (662). Anche questa concessione può rimontare quindi all'anno 1032 o al più tardi all'anno 1047.

defemsare promitto, alioquin tunc daturo promitto ego supradicto Azo vel heredibus meis componere et dare vobis iam dictis germanis vel ad vestris heredibus, pene nomine, in argento denarios solidorum quadragimta, et post pena soluta presens carta, sicut supra legitur, omni tempore in sua maneat firmitatem.

Hactum in civitate Bononia, indictione supradicta quintadecima.

Signum manibus supradicto Azo qui hanc cartam, sicut supra legitur, fierit rogavit.

Signum manibus /// Alberto et Petrus germanis filiis quondam Alberto de Iohannes de Aleramo, et Floro filio Amdrea iudex rogatis testibus.

Scripta hamc cartam per me Leonar ** rogatus et a supradicto, sicut supra legitur, vidi complevi et dedi.

CCLXVII (915).

Busta n. 39 975, n. 3. Pergamena di mm. 280 × 190. Originale bucato nel margine destro.

Donazione di Martino, Pietro e Giovanni di Barbiano in favore della chiesa dei SS. Vitale ed Agricola.

Bologna, sec. XI (1), 7 novembre.

Testis dominus Lambertus filius Beio, et Rainerius et Albertus germanis filiis eius et Lambertus filius Mundo, et Orlandus filius Can***, et Stefanus causidicus et Petrus de Urso Guidi *** filius, Ezo investitore, et Petrus filius Rodaldo, et Petrus filius Corbulo causidicus, et Guido filius Petri clericus, et Guido filius Petri Bonis, et Petrus de Donnuca, et Araldo da Marano, et Rustico et Petrus germanis filiis Pagano clerico, et Ildebrandus filius Rusticano, et Rainerio filius Enricus, et Petrus de Bonazente, et Petrus et Iohannes germanis filius Iohannis de Bononius et aliis plures, qui ibi aderant ad consecracionem beatorum martirum Vitalis et Agricole, in istorum supradictorum presencia, fecerunt cartam donacionis Martinus filius Dominicus de Barbiano, et Martinus de Bononio et Petrus de Carundo et Iohannes filius Fantulo de via que est in loco Barbiano da mansione de Mar-

(1) Il documento porta l' unica indicazione cronologica dell' indizione undecima, ma la presenza dei nomi di Stefano causidico, che interviene nei documenti XXIV (672) anno 1082 e XXX (678), e di Lamberto Mundo, noto per il documento XXIII (671), permette di determinare probabilmente il tempo nell'anno 1088, in cui cade l'indizione undecima.

tinus de Urso usque ad ecclesia sancti Vitalis cum carro de vegia et cum omni vascule que opus fuerit eundi et redeundi in perpetuum (in integrum) sancti Vitalis et Agricole et in illorum servientibus sub pena et defensione, die septimo mensis novembris, indicione undecima.

CCLXVIII (916).

Busta n. 41.977, n. 4 Pergamena di mm. 410 × 150 nei lati maggiori. Originale frammentario, corroso dall'umidità.

Concessione di enfiteusi dell'abate di S. Stefano a Rolando di Teucio in corrisposta di terreni ricevutine in dominio

Bologna, sec. XII (1).

In nomine sancte [et individue Trinitatis] ***simo octavo ***** emphiteotecariis annuendo **** providencia abbas monasterii sancti Stefani quod vocatur Hierusalem *** emphiteosin presenti die do et permutationem facio tibi Rolando de Teucio tuisque heredibus peciam unam terre aratorie posita in Roncallie cum ingressu et egressu suo usque in via publica, vel cum omnibus super se et infra se habentem **. A perticas decipeda mensurata finis eius: ab uno latere a sera iuxta Rolandum de Telino de Motina fiunt perticas octuanta septem et pedes tres et semissem, alio latere a mane iuxta heredes Petri *** sunt perticas octuainta quattuor; ab uno capite de super [iuxta] viam publicam recipit perticas decem et septem et pedes sex, alio quoque capite iuxta terram que dicitur Casaraltula sunt perticas sedecim [et pe]des duo et si qui alii affines sunt. Et ideo vice concedo quia permutacionis gratia alia terra in Ronco Mauroni *** accepi. In presenti die do et permutationem facio ego supradictus abbas de predicta pecia terre tibi supradicto Rolando tuisque heredibus ad habendum, tenendum et poissidendum et quicquid tibi et heredibus tuis deinceps placuerit in progeniem tuam usque terciam exhactam faciendum. Et post predictam progeniem perhactam aliud instrumentum emphiteosin hoc modo innovetur, ita tamen ut huius predicte rei nomine michi prefato abbati meisque fratribus et successoribus, pensionis gratia, denarium unum veronensem per singulum annum referatis. Et ego supradictus abbas meique fratres et successores predicta pecia terre aratorie tibi iam dicto Rolando tuisque heredibus omni tempore ab omni homine defensare et auctorizare promitto. Si vero predicta defensio huius rei nomine vobis et vestris heredibus aliquando ego vel

(1) Il documento risale probabilmente all'anno 1108.

mei fratres et successores legitime et competenter non exhibuero aut si contra hoc instrumentum emphiteosin aliquo modo ire temptavero, tunc pene nomine libras viginti denariorum Luce dare tibi et tuis heredibus |promitto. Et in|super hoc instrumentum emphiteosin semper intac[tum et incorrup]tum tenere spondeo.

Actum in suprascripto [monasterio] ***

*** [Rol]andus hanc aperam, ut superius legitur, [scribere rogavit].

Albricus filius Alberti de Rustico, Iohannes Bonus de Al[berto], Angelus notarius et causidicus, Gerardus de sancto Donato, Petrus Torsapullus, Nerbotto rogati sunt testes.

Ego [Bo]nandus tabellio hanc aperam, ut supra legitur fir[mavi] et ***.

CCLXIX (917).

Busta n. 41 977, n. 18. Pergamena di mm. 235 × 145. Originale frammentario.

Vendita di un campo da Sibilla (?) all'abate di S. Stefano.

Bologna (?), sec. XII.

In nomine Domini. Anno eiusdem millesimo c[entesimo] **** imperatorem romanum. Constat me Si[billam ?] transtulisse iure proprio vobis *** monasterii sancti Stephani Bononie *** casale et campum qui fuit olim *** pro precio trium librarum Luce *** pro me meisque heredibus vobis vestrisque successoribus *** deffendere sub pena dupli et soluta pena ***

Actum in die, indictione predicta et insuper maritus predicte venditricis nomine *** nomine Petrus Balasterius fuerunt pro ea fideiussores de *** ipsum predictum abbatem, et tactis sacrosanctis evangeliis iuraverunt vir et [ux]or habere ratam predictam venditionem.

Prenominata venditrix hoc instrumentum scribi rogavit. Testis et investitor Orlandus, Aldipraudus iudex, Albertus de Donatlica, Blasius, Landulfus rogati sunt testes.

Et ego Stephanus sacri palacii iudex et notarius de Gaibana (?) interfui et rogatus scripsi.

CCLXX (918).

Busta n. 40 976, n. 1. Pergamena di mm. 340 × 140. Originale mutilo nella parte superiore.

Testamento di . . . . giurista.

Bologna, sec. XIII (?)

***** [Ro]dulfo filio suo naturali reliquid *** quod fuit Boninsigne, quod est iusta *** ad quartum et iusta strata in campum de Cozo-

nem quod est iusta terram ecclesie sancti Iohannis, et totum quod habuit in Cunio (?) seu duas pecias terre, et insuper reliquid ei victum et vestitum et calziamentum decenter et competenter in domo sua donec uxorem acceperit, et in domo cum fratribus stare voluerit, et nullum servicium teneatur eis facere, et si sine filiis legittimis decesserit substituit ei fratres suos infrascriptos et eorum filios. Dominam Gislam uxorem suam voluit habere suum quod pro ea habuit in dotem, et insuper centum solidos bolonenorum de suo. Dominam Azolinam nurum suam voluit habere suum quod pro ea habuit quod fuit centum due libre bolonenorum et centum quinque libras bolonenorum quas confessus fuit se habuisse pro domina Lazarina matre sua. Calanchinum filium suum voluit habere libros suos legales: digestum vetus et novum et codicem et summam Placentini et si aliquis superdictorum librorum esset obligatus voluit recoligi de comuni domus et insuper L libras bolonenorum, ex quibus emantur ei alii libri et scripta que fuerint ei necessaria ad studium; quia omnia voluit eum habere precipue et per legata sibi. In omnibus aliis suis bonis instituit sibi heredem Calanchinum suum filium et Palmirolum cum de banno fuerit extractus, alias voluit quod habeat peticionem in bonis suis; et hoc ideo fecit quia credidit se teneri sacramento si interim dum est in banno ei aliquid daret vel relinqueret propter statutum. Et si aliquis filiorum suorum legittimorum decesserit sine filiis deveniat in superstitem vel in eius filios legittimos, exceptis filiis qui sunt vel erunt de Paonessa, ad quos, eciam si legittimi essent vel fuerint, noluit aliquid pervenire. Ad Palmirolum voluit ex substitucione supradicta pervenire cum de banno fuerit extractus, sicut dictum est. In institucione et si decesserint omnes filii sui sine filiis masculis, voluit tunc filios Rodaldini de Curionibus habere de suo centum libras bolonenorum et si omnes filii sui sine masculis filiis et femine decesserint, voluit tunc filios dicti Rodaldini habere domos suas et CC libras bolonenorum de suo. Et Rodulfo filio naturali centum libras bolonenorum. Et totum aliut dedit pro hanima sua. Et hanc disit suam voluntatem ultimam esse, que si non valet iure testamenti, voluit valere iure codizillorum, vel iure sue ultime voluntatis, vel quocumque modo melius vallere potest. Peticionem omnium que ei debentur commisit filio suo Calanchino, et in solidum, et voluit quod dentur Rodaldino de Curionibus decem novem libras bolonenorum quas ei dare debuit; et Antolino Linarolo reliquid quadraginta solidos bolonenorum, et voluit eum habere totum quod ei debet tracta racione cum filio suo Calanchino.

Prenominatus testator, ut supra legitur scribi rogavit.

CCLXXI (919).

Busta n. 36/972, n. 57. Pergamena di mm. 290 × 155. Originale frammentario, manca più della metà del documento.

Nomina di . . . e Giacomo arciprete parmense ad arbitri in una causa tra il monastero di S. Stefano da una parte e Giacomo e Ospinello . . . . dall' altra parte.

Bologna, sec. XIII (1).

*** nte februario. In presencia infrascriptorum **** [Ieru]salem et donnus Ugo et donnus Marsilius *** ellus ñlii domini Madii quondam de Bononia ex allia *** et dominum Iacobum archipresbiterum parmensem, de lite **** tibus dimidie unius pecie terre boxive et ara[torie] *** [distri]bucione predicte medietatis in quinque partes. Et de duabus *** que vulgo dicitur Guardata facta distribucione illius *** silicet guardata et Gazolo secundum quod continetur *** predictum monasterium predictis fratribus Iacobo et Ospinello per **** in carta scripta per manum Boneguide notarii continetur que **** Bononia, et magistrum Iohannem decretorum, et magistrum Vernacium **** iudices delegati a domino papa in causa apellacionis facte **** per dictum monasterium. Et compromiserunt dicte partes **** compossitores de predicta lite, renunciando omni iuri et legis au[xilio] **** compromisum volendo dicere quod non valeret vel ***** cognoscentem de causa, de ea in eum compromisum fieri non debere **** refutacionem et pactum denum petendo vel inquietando ulo modo **** dixerunt dicti arbitri vel laudaverunt *** arbitrari sententiam ferre in scriptis vel *** ausentibus promittendo ****** et observare que dicti arbitri laud[averunt] *** capitulis comitatur et exigatur tociens comitatur **** quod faciet fratres et monachos dicti monasterii consentire **** cum stipulacione subnixa.

Ibi vero testes rogati fuerunt **** et dominus Grimaldus, et dominus Guido iudices cives Bononie **** dicitur Cornacla nomine et alii plures. Item in continenti et in loco predicto **** parmensis episcopus, et Iacobus archipresbiter parmensis autoritate arbitrii qua fungimur **** Gerusalem et dono Ugo ****

(1) Il documento risale sicuramente ai primi anni del secolo XIII. Sono infatti qui ricordati Giacomo e Ospinello e la sentenza del maestro Giovanni e del maestro Vernazio sopra riportata, cfr. doc. CLXVIII (816) pag. 185 dell'anno 1218.

CCLXXII (920).

Busta n. 39/975, n. 20. Pergamena di mm. 375 × 180. Copia.

Costituzione di società tra Azzone abate di S. Stefano e Giacomo e Uspinello di Madio sopra terreni.

Bologna, sec. XIII. (1)

Donnus Azo abbas sancti Stefani concessit dominis Iacobo et Uspinello filiis quondam domini Madii et eorum heredibus terrenum et possessiones que sunt posite subtus stradellum quod est in Massa de Lerario subtus Castellare de Lerario. Confines cuius tales sunt: a mane Quaderna, a meridie dictum stradolum, a sero Centenaria ut sint communes inter dictum monasterium et predictos dominum Iacobum et Uspinellum ita quod utraque pars habeat medietatem im perpetuum terreni et omnes fructus et utilitates quecumque pervenerint et percepte fuerint de predicto terreno sint communes et omnes expensarie sint.. et unus alium tenentur iuvare bona fide in defendendo ipsam rem et in retinendo, et si aliqua pars fecerit ibi expensas sive sumptus sine altera, denuntiet alteri parti *** infra VIII dies post factas expensas, et illa pars post denuntiationem factam infra XV dies resarciat et restituat partem expensarum factarum sibi contingentem, quod si facere noluerit tunc predicta pars que fecit expensas sua auctoritate habeat et accipiat tantum de fructibus et utilitatibus dicte possessionis donec sibi satis factum fuerit de predictis expensis ad integrum; et utilitates sive fructus que super erunt semper sint communes et saltarios sive custodes communiter ponant, et neutra pars ratione vel occasione alicuius deceptionis vel minoris etatis, confitendo dictus Uspinellus se maiorem XXV annorum esse, et etiam aliqua alia ratione vel occasione molestabit aliam, quin omnia predicta in sua maneant firmitate pro pensione singulis tribus annis danda et solvenda in Bononia ipsi abbati et eius successoribus nomine predicte rei. Et hec promiserunt inter se ad invicem adtendere et observare sub pena X librarum imperialium, sub obligatione predictarum possessionum et aliorum suorum bonorum et pena in singulis capitulis in totum, si promissa fuerint soluta. Omnia sint firma, et actum est inter eos et dictum expresse quod ius suum sit salvum utrique parti quod habet in dicto gazolo et guardata que sunt super stradolum per instrumenta vel alio modo, ita quod nullum ius aqui-

(1) Per l'età del documento vedi la nota precedente.

ratur de novo alicui partium eundo vel reddeundo per dictum gazolum et guardatam eques vel pedes cum carro vel sine carro nec aliquo alio modo ad dictum territorium sive dictas possessiones positas infra dictos confines. Utraque pars, ut supra legitur, scribere rogavit.

Supradictum exemplum sumptum fuit ex autentico scripto manu Cambii notarii quo dominus Iacomellus et dominus Uspinellus filii quondam domini Madii usi sunt in causa quam habent cum abbate et sindico sancti Stefani coram domino Iacobo abbate sancti Proculi, et magistro Iohanne decretista et magistro Vernatio a domino papa iudicibus delegatis presentibus domino Bagaroto et domino Guidone Bonicambii et domino Grimaldo.

Ego Iacobus felicis memorie domini Henrici imperatoris tabellio hoc exemplum ex autentico sumpsi et secundum quod in autentico scripto manu Cambii notarii vidi ita scripsi in hoc presenti exemplo.

CCLXXIII (921).

Busta n. 38/974, n. 9. Pergamena di mm. 580 × 390 (nei lati maggiori). Copia frammentaria, orribilmente guasta dall' umidità e dalle macchie.

Pagamento di residuo prezzo di terreni dall' abate di S. Bartolomeo di Musiano ai fratelli Giacomo, Petrizolo e Baldo.

Sec. XIII, 12 luglio.

Soluzione di residuo di debito fatta dall'abate di san Bartolomeo di Musiano ai fratelli Giacomo, Petrizolo e Baldo per possedimento di terre comperate nella curia di Borgo ***. Nel documento è ricordato Bernardo da Querceto vicario del venerabile Ottaviano per grazia di Dio vescovo di Bologna.

*** die undecimo, intrante iulio. Cum hoc esset quod reverendus pater *** adirius abbas sancti Bartholomei de Musigliano *** Benvenuti de Lastignanis. . . . .

. . . . .

Actum Bononie in ecclesia sancti Archangeli, presentibus domino Marchixino de Ungharellis et domino Iohanne doctore legum eius filio, Rodolfino notario de Ungharellis, Albertino quondam Iacobini Saraceni, Henrico quondam Philipi, Marchixino notario de Muxiliano qui dixit cognoscere contrahentes et Iacobo de Montesevero testibus rogatis et vocatis.

Albertonus quondam domini Piligrini Albertoni secundum originale instrumentum et positum fuit in memorialibus per Gerardum Serici de burgho sancti Ysaie.

CCLXXIV (922).

Busta n. 41/977, n. 69. Pergamena di mm. 350 × 210. Originale frammentario.

Sentenza in una vertenza tra l'abate di S. Maria in Strada, tutore di Palarina, e i suoi confratelli Pagano, Cavacta, Giovanni, Germanico e Ubaldo.

Sec. XIII.

*** Frederici imperatoris die secundo exeunte **** lites convenienti vel iudiciali sen[tentia] *** inscribi satis est utile. Unde ego Lambertus **** habitam inter domnum Iohannem abatem sancte Marie in [Strata] ** tutorem filie quondam Paucepalle nomine Palarina pro eadem pupilla. Causa *** de aqua Lusulini et de tota integra aqua piscaricia que percur[rit] *** totum campum Caprarie et per alia loca predicto confinio pertinentia quam rem prefatus abas petebat ad suos predictos confratres et dicebat quod ipsi iniuste eam possidebant et ius quod a prefato monasterio habebant nihil valere dicebat. Ad hec respondebant prescripti confratres et dicebant ius de hac re a prefato monasterio habere tale donec aqua cucurreret per prefata loca et instrumentum inde ostendebant. Et cum hec lis diu esset ventilata per utrasque partes Bonus Iohannes, et Albertus, et Iacobus et Vuidotus et Iacobus domine Trote iudices et consules auditores istius controversie visis et auditis et diligenter utriusque partis racionibus inspectis talem pronunciaverunt sententiam. Con[dempnaverunt] predictum Paganum et Cavactam et Iohannem Germanicum atque Ubaldum ad restitu[endum] predictas res prefato abati.

Actum est in presentia testium quorum hec sunt nomina: Rodulfus iudex, Vuido eius frater ** Acarisius causidicus, Egidius notarius, Rogerius de Episcopo, Aliotus, Dominicus eius frater et alii plures.

[Ego] Lambertus, Dei nutu ferrariensis notarius presens vidi, audivi, scripsi atque complevi.

CCLXXV (923).

Busta n. 41/977, n. 19. Pergamena di mm. 160 × 310. Originale frammentario.

Concessione livellaria di Azzone abate di S. Stefano a Bono Martino sopra una casa.

Bologna, sec. XIII, dicembre (1).

Azzone abate di santo Stefano fa una concessione livellaria a Bono Martino sopra una casa *cum solo et edifitio* e con ogni diritto com-

(1) Il papa Gregorio al tempo di Azzone non può essere altri che Gregorio IX eletto nel 1227 e morto al 1241.

petente alla stessa casa posta nell' androna di san Giovanni in Monte, per il prezzo di venti lire bolognesi.

*** [In nomine sancte et] individue Trinitatis, Anno a nativitate Domini millesimo *** decembri tempore domni pape Gregorii. Dompnus Azzo abbas sancti Stephani bononiensis que vocatur Ierusalem

. . . . .

Huius rei testes fuerunt Clarius Rodulfini muratoris notarius, dominus Guillielmus nepos dicti abbatis, Sinibaldus Boni Martini medici, et Bentivegna frater Bonifacii pistoris.

Actum in claustro dicti monasterii.

Ego Iulianus Leonardi imperialis aule ordinarius iudex atque notarius his presens et ab eisdem contrahentibus rogatus, ut supra legitur, scripsi et complevi.

CCLXXVI (924).

Busta n. 39/975, n. 22. Pergamena di mm. 190 × 155 (nei lati maggiori). Originale gravemente offeso dall' umidità.

Donazione di Rolando alla moglie Riceldina e ai propri figli della metà delle proprie sostanze.

Pianoro, sec. XIII.

Rolando con il consenso del padre suo Pietro, a testimonianza di affetto verso la propria moglie Riceldina e i propri figli dona loro la metà di tutto ciò che possiede e di ciò che potrà possedere sia in vigne, campi, prati, edifizi sia in beni mobili.

** Anno *** [millesimo] ducentesimo *** [regnante] domino Federico roma[norum imperatore] *** dilectionis et affectionis intuitu ego quidem Rolandus presente et consentiente Petro patre meo et mihi licentiam dante . . . .

. . . . .

Actum feliciter in claustro sancti Iacobi de Planorio, indictione predicta.

Prenominatus donator scribere rogavit.

*** domino Viviano iudice, Gerardo Alamanni, Scopa *** de Lastignano, Girardo de Lacella, Zanino de Petrona ** testes rogati.

*** [R]olandus notarius quondam *** auctoritate domini Octonis *** et scripsi.

CCLXXVII (925).

Busta n. 39/975 n. 24. Pergamena di mm. 370 × 290. Originale orribilmente guasto e mutilo (1).

Nomina di Rolandino Romanzi e Araldo de Preytis ad arbitri in una contesa tra l'abate di S. Stefano e alcuni della famiglia Golzadini.

Bologna (?), sec. XIV.

Ricorso dell'abate di santo Stefano e di alcuni membri della famiglia Golzadini ai giuristi Rolandino Romanzi e Araldo de Preti perchè risolvano contese sorte tra di loro.

******** item adcompromitens dictus ** nomine dicti monasterii et capituli cum dictis Golzadinis scilicet cum qualibet persona seu personis in dominos Rolandinum de Romancis et Araldum de Preytis doctores legum tamquam in arbitros et arbitratores seu amicabiles compositores de omnibus litibus et questionibus que sunt vel esse possent inter dictum domnum abbatem. . . . .

. . . . .

Actum est hoc in capitullo dicti monasterii presentibus domno Pagano presbitero qui fuit de Mantua, domno Ixinardo de Rustiganis, magistro Iohanne de Osemo, Ventura converso et Iacomino de Ubertis, qui asseruit se cognoscere contrahentes, testibus.

Ego Bonazunta qui dicitur **** quondam domini Mantuani ** notarius hiis omnibus interfui et pubblice *** fui et scripsi.

CCLXXVIII (926).

Busta n. 41/977 n. 10. Pergamena di mm. 400 × 210. Originale frammentario e corroso in parte dall' umidità.

